

RESPONSIO.

Conscientia Consilium, quod propositum facti speciem vidit, existimat, hac in re tamquam certum illud initio statim ponendum esse, opera servilia, si necessitas adsit, aut pietatis causa praesto sit, licita evadere, ut ex Cap. Omnes & ex Cap. Conquestus de foris liquido apparet; verum pietatis opera in duplici genere ponenda esse, ut nempe alia divinum servitium afficiant, vel ad illud tempus faciant, quo servitium idem peragitur, celebraturque, alia vero preparatoria tantum sint, ac diebus precedentibus fieri possint.

Primi generis opera diebus Festis & Dominicis dubio procul edi possunt, quoniam ea cultus ejus partem constituunt, qui Deo diebus iis exhibetur. At generis alterius opera, quae preparatoria sunt, quibus in diei Festi vigilia vacari potest, ejusmodi Ecclesiam verrere. Altaria ornare, diebus ipsis Festis edenda non sunt, nisi quia rationabilis causa subest, exempli causa si plures occurrant continui dies Festi, & die Festo in alterius Festi sequentis gratiam Ecclesiam parari necesse sit; preparationes haec regulariter in vigiliis, non autem diebus ipsis Festis sunt peragende, quia cum dies hi peculiari titulo consecrati, & divino cultui omnino tribuendi sint, necesse proinde est, ut tunc in Ecclesia, quam liberrime fieri potest, sanctis Officiis, orationi, omnibusque pietatis exercitiis vacare liceat. Ita sentiant Cajetanus, Soto, (a) Toletus, Suarez, & Bonacina.

At Cajetanus, eos, qui sine rationabili causa iis operibus vacent, non nisi veniali culpa se obstringere: quia ratio, quam actiones haec ad divinum cultum habent, aliqua ratione culpam excusant; ac vulgo quidem statuunt, Auctores, hac in re graviter non peccari, nisi scandalum aut contemptum existat. Suarez in hoc negotio sapientissime animadvertit, ex ejusmodi preparationibus alias esse, quae ad divinum cultum proximiori quadam ratione referuntur, quibusmodi sunt Altaria ad Sacrificium scopis mundare, atque exornare, alias autem esse, quae non nisi remotiore ratione referuntur, ut universam Ecclesiam verrere, & parietes tapetibus expolire. Ad id hic Auctor id potissimum cavendum esse, ne diebus Festis ea peragatur, quae tantum remote divinum cultum respiciunt. Videtur ergo potiore jure cavendum, ne extranea complures, minimeque necessariae supellectiles, tabulae, tapetes, calcitrae, aliaque ad parandam Ecclesiam res importentur; cum ejusmodi importationes opera sint, ut ita dicam, pluraquam mechanica, & quibus rumoris ac perturbationis multum existit.

At gravius quoque malum est, si ea opera fiant, quo tempore peragitur divinum servitium, quod perturbatur magno strepitu, qui in Ecclesia tunc excitatur; id quod reverentiae, quae sanctorum Mysteriorum, divini Officii celebrationi debetur, summopere adversatur. Tridentina Synodus (b) Episcopis mandat, ut Officii divini tempore ab Ecclesiis deambulationes, strepitus, & clamores arcantur, ne Domus Dei oratione esse videatur, ac dici possit. Senonensis quoque Concilium an. 1524. celebratum hac in re ita mentem suam aperit: Nullus in Ecclesia, maxime dum sacra aguntur, deambulet, vaguetur, aut discurreat; cessent, quaecumque divinum Officium impediunt, aut quovis modo perturbare possunt, ne, ubi peccatorum venia postulat, ibi peccata committi deprehendantur. Idem statuitur in Synodo Carnuteni an. 1626. in alia Senonensi an. 1628. & in Concilio Rothomagensi an. 1581.

Itaque Parochi abusus hos pro viribus impedire tenentur tum cohortationibus, tum etiam, si opus fuerit, commonestato Episcopo loci, qui prudentia sua, suoque zelo usus malo remedium afferre poterit, ac mandare, ut in ejusmodi decorationibus diebus tantum ferialibus incumbatur, ac praesertim ne per eas divinum Officium turbetur.

Ceterum quamvis non sit vetitum extranea hac ornamenta in Ecclesia adhiberi, eorum tamen moderatum usum esse necesse est; videndumque hac in re, quid congruat dignitati sanctorum locorum, in quibus timendum est, ne harum rerum, quae oculos pertrahunt, & quaedam quasi spectaculo delectant, immo diutius apparatus attentionem ac devotionem impediunt, retrahatque lacris iis rebus debitam, quas Ecclesia complectitur, quaeque debent imprimis Fidelium animos occupare.

Denique quod attinet ad quaestiones hoc loco propositas, in mentem revocandum est, Deum in spiritu & veritate adorari velle, interiorum cultum exteriori longe multumque praeflare, eumque merito vituperandum esse, qui humana inventa, & peculiaria consuetudines consecratis, Dei & Ecclesiae Praecepta & iusta neglexerit, nec, qua decet, diligentia servaverit. Id optime monet Rothomagensis Concilium an. 1581. celebratum his verbis scitu relatuque dignissimis: (c) Prima

(a) Cajetan. 2. 2. quae. 122. Soto 1. 2. de iust. & jure quae. 4. Tolet. Instruct. Sacerd. 1. 4. c. 25. Suarez 1. 2. de Religione c. 21. Bonacina in 3. praecip. Decalogi puncto 3. (b) Concil. Trid. Sess. 22. Decreto de observandis & evitandis in celeb. Missi.

ac praecipua pars cultus divini in animo consistit, ut prius diligamus ac veneremus Deum in veritate ac corde perfecto, deinde verbo aequo opere, ut de nobis non dicatur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: ita ut Christi atque ejus sponsa Ecclesia Mandata observemus, nec humanae varietatis inventa, nec privatae quoruncumque locorum consuetudines, ac plerumque totius corruptelas Praeceptis ejusdem Christi & Ecclesiae ausequamur, aut ex illis ista iuxta faciamus.

Decisum in Sorbona hac die 8. Novembris an. 1692. G. Fromageny.

CASUS III.

Servilium operum susceptio diebus Festis & Dominicis.

- 1 Non agitur contra Praeceptum de diebus Festis & Dominicis sanctificandis, susceptio iis diebus labore, cum adest propria dicta necessitas.
2 Nemo sibi in hoc negotio blandiri debet, ut nempe non cupiditate animoque lucri, sed vera indigentia atque utilitate proximi ad laborandum feratur.
3 Locorum, ubi quisque agit, consuetudinem sequi debet.

QUAESTIUM.

Illud ponitur tamquam certum, ac proorsu indubitatum ad Servilia opera extra culpam diebus Festis, aut Dominicis peragenda, quae iis diebus vitia sunt, duo requiri: gravem scilicet necessitatem, & Ecclesiae dispensationem. cum ea commode peti possit; quia ad Ecclesiam pertinet iudicare, an necessitas, cujus gratia sibi quis permitit contendit, ut labore, vera, & legitima sit; atque an non ipse se decipiat, qui se in iis casibus veritari putat, in quibus hujus Praecepti obligatio cessare potest, quemadmodum per se fit, ut homines temere in iis se casibus esse sibi facile persuadeant.

Ergo regantur Doctores, ut tutas aliquas, quas sequi liceat, regulas tradant. Quid sentiendum de Pistoribus, qui coquant, & vendunt diebus Festis, & Dominicis, de Lanis, de Toploribus? Excusanturque Artifices diebus laborantes, cum eos urget necessitas ea opera conficiendi, quae ab ipsis requiruntur, qui eos iisdem adducunt? Causa exempli Sutor, ut caleos parat; Sartor, ut vestem confiat; veriti, ne, si minus iis, a quibus incitantur, satisfecerint, illi ad Artifices alios accedant, eorumque opera non amplius utantur? Omnes hi casus frequentissimi sunt, ac prope quotidiani, ac frequenter Confessarius negotium, ac perturbationem afferunt.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum, quod propositas quaestiones vidit, existimat, ex D. Thoma contra praecipuum de Festorum, & Dominicorum dierum sanctificatione minime peccari, peracto aliquo opere servili, & corporali, cum adest necessitas, vel ut proprium, vel ut proximi damnum vitetur: (d) Opus corporale, quod ordinatur ad salutem corporalem alterius, non est contra observantiam Sabbati; similiter opus corporale, quod ordinatur ad imminuendum damnum rei exterioris vicinorum, non violat Sabbatum.

Hujus principii vi potest quispiam die Festo, aut Dominico servili operi vacare, cum illud est necessarium ad pecuniam ipsius, totiusque familiae sustententiam, vel ne eos, quibus deseruit, a se removeat, atque alienos reddat, id, quod ei grave damnum afferret, tunc cum opus, quod agit, haud proprie servile est, sed naturale, & commune tum quoad servos, tum quoad liberos; Opera servilia corporalia, inquit D. Thomas, in tantum servilia dicuntur, in quantum proprie pertinent ad servientes; in quantum vero sunt communia servis & liberis, servilia non dicuntur: quilibet autem tam servus quam liber tenetur in necessariis providere non tantum sibi, sed proximo. Quamobrem Notarius, Mercator, Tenfor, Fumarius, Aurifex, Molitor laborare possunt, aut vendere non sine iis conditionibus, quae sunt expositae, quasque D. Thom. praescribit.

At ii, quos nominavimus, Operarii cavere debent, ne ipsi sibi blandiantur, ac sicum faciant, neve cupiditate, atque animo lucri ad labores diebus Festis, ac Dominicis suscipiendos potius, quam vera tum sua ipsorum, tum proximi indigentia moveantur. Itaque jure est ad Episcopi Magnum Vicarium, vel ad alios doctrina praestantes viros, cujusmodi propterea Parochi sunt, accedere, perceptores, quod in dubio sibi faciendum sit, an vendere, ac laborare debeant, necne. (e) Ita docet Gerson in tractatu de praecipis Decalogi:

(c) Concilio Rothomagensi an. 1581. cap. de Divino cultu. (d) S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. (e) Gerson tractat. de praecipis Decal. c. 7. de 3. praecipis initio.

logi: Quod si dubietas occurrat, consulas ille Superiores, aut priores, ne per amplam nitas, aut servilem conscientiam in peccatum cadas. Videndus hac in re Dominus de Sainte Beuve tom. 1. & 3.

Non est ad extremum hoc loco omittendum, locorum, ubi degitur, consuetudini standum esse; alicubi nempe opus omne servile, ac laboriosum vitium est; & in hac facti specie haec consuetudo tenenda est, nisi obstitit urgens, gravisque ratio. Alibi vero quidam Mercatores, aut Artifices vendere, ac la-

borare possunt diebus Festis saltem ex tacito Praelati consensu, qui consuetudinem videt, & tolerat. Monet id Gerson loco laudato; secundo, ut quilibet eo die abstineat ab omni labore, aut mercede, aut alio quovis laborioso opere, secundum ritum, & consuetudinem patriae, quam habitat; quam consuetudinem Praelatus illius loci cognoscens non prohibet.

Decisum Parisiis hac die 5. Octobris an. 1696. G. Fromageny.

SIMONIA.

Simonia nomen ductum est ex Simone Mago, Haesiarcharum omnium Antesignano, qui cum Samaria baptizatus esset, ac vidisset, ut in Actis Apostolorum legimus, (a) quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obrulit eis pecuniam dicens: date & mihi hanc potestatem, ut cuiuscumque impositione manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam domum Dei existimasti pecunia possidere. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. In veteri Testamento criminis hujus insigne exemplum occurrit. Giezi Elifasi Prophetae famulus lucrum percipere voluit ex miraculo, quod ejus Dominus Naaman Syrum a lepra liberans perpetraverat; ac re quidem ipsa ab eo ingentia munera accepit; sed eum lepra, totamque ejus stirpem incessit.

Servandum est igitur Servatoris praecipuum, qui Apostolos suos, quos ad Evangelium disseminandum, atque ad miracula paranda mittebat, ita allocutus est: Gratis accepistis, gratis date; (b) nec imitatione digni sunt ii falsi Doctores, de quibus loquitur Div. Paulus, qui nempe ad congregandas divitias Religione abutuntur. Haud major injuria Dei verbo, & Sacramentis inferri potest, quam si ea in temporalium rerum, pecuniae pretio aestimabili numerum pertrahantur, nec magis Ecclesiasticum ministerium deturpari, ac depicatum duci potest, quam si ad artis cuiusdam, ac negotiationis rationem detorqueatur. Est igitur Simonia venditio, vel emptio praedicationis, vel administrationis Sacramentorum, ita ut Christiana doctrina, baptismus, peccatorum absolutio, non nisi certo soluto pretio, tradantur. Simonia quoque est, si Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, aliorumque Ecclesiae Ministerum ordinatio, & quod inde consequitur, Officiorum Ecclesiasticorum, & proventuum ad eadem spectantium, videlicet Beneficiorum collatio vendatur. Nec solum Ordinis, ac Beneficii collatio debet esse gratuita, sed ejusmodi quoque sint oportio, Actus omnes, qui eo referuntur, electio, confirmatio, nominatio, presentatio, resignatio, examen, data possessio, installatio, Litterarum expeditio. Oeconomi munus non nisi ad temporalia spectabat; illud tamen aequae ac cetera vendi prohibet Synodus Chalcedonensis. Simoniam quoque esse pronuntiant Canonem, si quid exigeret pro docendi permissione, pro receptione in Monasteria, quippe quae poenitentiam tantum & Christianam perfectionem propositam habere debent, pro Ecclesiastica sepultura, Ecclesiarum consecratione, nuptiali benedictione.

Uno verbo simonia definitur a D. Thoma: (c) studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel annexum spirituali; adduntur autem hac postrema verba, ut nimirum intelligatur Simonia non in eo solum positam esse, ut ematur, vendaturve res mere spiritualis, cuiusmodi sunt dona Spiritus Sancti, gratia, virtutes insulae, Sacramenta, & spiritualia ministeria; sed in eo quoque, ut ematur, aut vendatur res addita spirituali, ut Beneficiorum proventus, & jus, quod adest, iisdem fruendi; atque haec quidem posteriora fere sunt simoniae objectum, nihil obstante nonnullorum prava subtilitate contentendum satis esse, ut ordinario gratuita fuerit, ac Beneficii proventus tamquam aliquid temporale aestimari posse; si enim proventus Ecclesiastico Officio semel additus, non potest peculiaribus conventionibus ab eo seungi, atque hoc Officium mere spirituale est. Nec satis apte dicitur temporale non tribui pro spirituali tamquam pretium, quo spirituale ematur, quemadmodum fit in omnibus emptionis, & venditionis Contractibus, sed solum praebere tamquam id, quo Collator ad Beneficium nobis conferendum moveatur.

Has nempe Propositiones merito proscriptas Innocentius XI. in Decreto diei 2. Martii an. 1679. Prima, (d) quae ordine 45. est, quae in hoc Decreto damnatae sunt, estur his verbis: „ non est simonia dare temporale pro spirituali, cum temporale non datur tamquam pretium, sed solum tamquam ratio conferendi, aut faciendi rem spirituales, idemque sentiendum, cum temporale est tantum gratuita compensatio spiritualis, aut spiritualis temporalis. „ Altera porro, nempe 46. ejusmodi est: „ Et id locum habet, etiam si temporale sit ratio praecipua dandi spirituale, atque adeo etiam si temporale sit finis rei spiritualis, ita ut illud pluris fiat, quam res spiritualis. „

Recentiores quidam Auctores his nixi principiis concluderunt esse propenodum impossibile, ut simonia in praxi committeretur; & celebri Apologia Casuistarum asseruit expressis verbis pag. 61. „ Quicumque res ipsa versaretur in hac animi preparatione (Non ea mihi mens est, ut rem spirituales temporali aequare unquam velim, aut putem rem temporalem spiritualis rei pretium esse posse) non committeret simoniam adversus divinum Jus, tribuens aliquid temporale in retributionem rei spiritualis, quam percepisset. Adde & illud, pergit hic Auctor, habituales dispositionem satis impedire, quominus in Simoniae crimen incidatur. Quod si quis sit, in quo haec habituales, seu actualis dispositio nunquam existerit, quique pro re spirituali pecuniam det, ita ut utriusque valorem aequet, is quidem simoniae peccatum contra Jus divinum committit, tamen re vera non cogitet, an res spiritualis loco mercis, & pecunia pretii loco sit. „

Doctrinam hanc censoria virga notavit Theologica Parisiensis Facultas in hac verba: „ (e) Propositio haec, qua Auctor vult, hominem in actuali, aut habituali dispositione existentem, ut nunquam rem spirituales temporali aequare velit, nec putet rem temporalem esse posse pretium rei spiritualis, non committere simoniam contra divinum Jus, tribuentem, ut loquitur Auctor, aliquid temporale in retributionem rei spiritualis, falsa est, temeraria, scandalosa, omnique adversus divinum Jus simoniae latissimum campum aperit. „

Galli-

(a) Act. Apost. cap. 8. v. 18. (b) Matth. c. 10. v. 8. 1. ad Timoth. c. 6. v. 11. (c) S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1.

(d) Decretum Innoc. XI. die 2. Martii an. 1679. (e) Censura Libri Apologiae Casuistarum per Parisiensem Theologiae Facultatem die 26. Julii an. 1678.

Gallicani Cleri Congregatio in Fano S. Germani an. 1700. habita has eadem censuras renovavit damnatis Propositionibus tribus, quarum prima, quae num. 69. est, his verbis effertur: „Non pugnat cum iustitia, gratis Beneficia Ecclesiastica non conferri, quia Collator pecuniam propterea recipiens, eam non exigit pro collatione Beneficii, sed tamquam pro temporali reatu, quem dare non tenebatur“. Aliae duae, nempe 70. & 71. iisdem verbis conceptae sunt, atque ea, quae Innocentii XI. Decretum proscriptis. Cleri Congregatio pronuntiat Propositiones has temerarias esse, scandalosas, perniciosas, erroneas, & simplici nominis mutatione, falsaque intentionis directione inducentes haeresim simoniam in sacris Litteris, a Canonibus, & summorum Pontificum Constitutionibus condemnata.

D. Carolus in suo primo Mediolanensi Concilio videtur eas omnes subtilitates, versutias, ac technas avertisse, quas excogitare posset humana cupiditas, ut sibi videretur ad Beneficium per aliquid temporale citra simoniam pervenire posse, dum sanxit, ne quis Episcopus concederet *formam dignam* ad Beneficium cuiuspiam, nominato, presentato, vel electo, nisi antea ab eo iurandum, quod sequitur, exegisset: „Ego N.... presentatus, vel electus, &c. ad Beneficium N.... iuro ad Sancta Evangelia, quae manibus meis tango, me, ut Beneficium hoc obtinerem, vel ad illud presentarer, aut nominarer, Collatori, Patrono, vel alii nihil promississe, aut tradidisse, ac neminem me scientem, atque adeo scientem, pro me quicquam dedisse, vel in eum finem promississe, aut composuisse, aut confirmasse donum, quod iam traditum, aut apud aliquem depositum fuisset. Ego pariter hac occasione nil mutuum dedi, locavi, cessi, quod mihi deberetur quacumque denuo ratione. Juro etiam me nec dedisse, nec promississe ullam partem reddituum, adium, agrorum, fructuum, decimarum, vel oblationum Beneficii, prateritarum, presentium, vel futurarum, neque vero me locavisse, aut locaturum promississe, vel alium consensu meo.“ Ita me Deus adjuvet, ejusque sancta Evangelia.

Dividitur Simonia I. in simoniam de Jure divino, & simoniam de Jure tantummodo positivo. Committitur prior, dum datur res temporalis pro alia, quae suapte natura est spiritualis, cujusmodi sunt Sacramenta, vel quae spirituali conjuncta est, cujusmodi sunt Beneficia, vasa sacra, & Ecclesiae ornamenta, dum nempe ob eam causam, quod Altaris servitio sunt destinata, carius venduntur. Posterior Ecclesiasticis tantum Legibus prohibetur, & ea est, in qua, tametsi temporale pro spirituali non datur, fit tamen aliquid, quod, ad id ipsum accedit; ac propterea Religionis gratia actionem hanc tamquam simoniacam vetat Ecclesia. Quod in causa est, ut adit simonia contra Jus Ecclesiasticum in omnibus hinc casibus; exempli causa in Beneficii permutatione, quam auctoritate propria quis instituit, quamvis spirituale non nisi pro spirituali datur, existit Simonia contra Jus Ecclesiasticum, ut ex Capitulis, *Quaesitum*; & cum olim, de rerum permutatione licet intelligi.

Duplex hoc Simonia, genus rursus & ipsum dividitur in Mentale, Conventionale, & Reale. Simonia mentalis est, quae in sola voluntate consistit, nec exterius se prodit, ut si quis Collatori munus offerat ea spe, ut sibi Beneficium impetret, quin tamen id, quod in animo habet, eidem testetur; simonia haec in interno tantum foro poenae obnoxia est. Conventionalis est ea, quae per pactum expressum aut tacitum se se prodidit, per verba scilicet, aut per aliquod aliud signum, ita ut alter alterius intentionem perspexerit; ac de negotio inter utrumque convenerit, quamvis executio secuta non sit; in hac quidem uterque in foro externo reus est, ac poenae obnoxius. Simonia realis est, in qua conventio executionem utrinque sortita est, & ea quidem est ceterarum omnium deterrima. Quicumque in ejusmodi Conventionum partem veniunt, ut Mediatores, Depositarum, vel alia quavis ratione, Simoniae crimine obstricti sunt.

Multa sunt contra Jus Ecclesiasticum simoniae genera, quorum praecipua sunt haec: I. dum temporaria Officia, quae non nisi ad Ecclesiasticarum rerum administrationem sunt instituta, venduntur, cujusmodi sunt Munia Officialis, Sacristae, &c. id quod vetant Canones bene multi, ac singillatim prohibet summus Pontifex Lucius III. qui mandat Episcopis, ne quid accipiant pro Ecclesiasticis ministerii exercitio, quemadmodum etiam pro nominandis Vicariis, & pro sancto chrismate conficiendo Alexander III. in generali Lateranensi Concilio eos, qui, ut jurisdictionis Episcopalis jus obtinerent, pecuniam dederint, Officio suo privatos declarat, pronuntiatque ad illud nominandi jure, quo gaudebat, Episcopum cadere. II. Prohibitum est, ne quis Beneficium suum cum alio absque Episcopi auctoritate permutet, ut jam dictum est. III. Non potest, qui Beneficium resignat, quem sibi successorem velit, ei, qui collationis jus obtinet, indignare, ut proinde non alia mente resignet, quam ut in ejus manus, quem Collatori indicavit, Beneficium concipiat; id quod vetuit Pius V. in Bulla, quae incipit: *Quanta Ecclesiae Dei*.

Cum porro simonia in eo sita sit, ut bona spiritualia non gratis dentur, statui proinde potest tria esse munerum genera, quae nos simoniae reos efficiunt, cum aliquid spirituale eorum gratia tribuitur. Primum est id, quod Latine dicitur *munus a lingua*; alterum *munus a manu*; tertium *munus ab obsequio*. Quod videre est in Canone, ubi S. Gregorius Pontifex Isaiae Prophetae cap. 33. (a) verba profertens: Beatus ille est, qui manus ab omni munere impollutas servat, ait, Prophetam non id unum dicere: Beatus, qui manus servat impollutas a munere, sed ab omni munere; quia nempe est munus manus, quod est pecunia; munus oris, & sunt humana laus, assentationes, preces; & munus servitii, quod omnia servitia seu officia complectitur, quae praestantur, vel exiguntur, ut aliquid spirituale recipiatur, vel tribuatur. Idem referunt S. Petrus Damianus scribens ad Collegas suos Cardinales Episcopos Papae suffraganeos, ac (b) D. Thomas, qui eam assert rationem, quod temporale bonum, quod ab alio expectatur, provenit vel ab ejus animo, cujusmodi sunt causa exempli amicitia, laus, & est id, quod appellatur munus a lingua; vel ab ejus corpore, cujusmodi est labor, & opera, idque est, quod nuncupatur *munus ab obsequio*; vel denique ex bonis externis, cujusmodi pecunia est, atque est illud, quod vocatur *munus a manu*, ita ut hoc pecunia nomine veniant omnia externa bona, quaecumque in hominis possessionem cadere possunt, ut docet D. Augustinus relatus in Canone *Totum quicquid* 1. q. 3.

Graves sunt hujus criminis poenae, depositio quoad Clericos, excommunicatio quoad Laicos. Praeterea qui eo se obstrinxerunt, nullum inde commodum percipere debent. Quamobrem simoniacas Ordinationes antiqui Canones nullas declararunt; quod id unum significat eas illicitas esse, eosque, qui ita ordinati sunt, nullam functionem obire posse, quin in irregularitatem incidant. Si Actus simoniacus est ipsa Beneficii collatio, ea absolute nulla est; Beneficium remanet vacans, & impetrabile, & pos-

(a) Cap. sunt nonnulli 1. quae. 1.

(b) S. Thom. in 4. Sent. dist. 27.

possessor Simoniacus ad omnium fructuum restitutionem tenetur; adeoque si quod aliud Beneficium legitime acquisivit, illud amittit, eodemque spolians est. Vide super hac re Constitutiones Henrici III. ad Status Blesensis an. 1579. artic. 2. & Constitutiones Ludovici XIII. Lutetiae Parisiorum mense Januario an. 1629.

Vide (BENEFICIUM.
CONFIDENTIA.

C A S U S I.

Simonia in Praedii locatione.

Non licet pro Praedio plus favoris trahi, quam producere possit, eo animo, ut a Praedio Domino Beneficium filio obtineatur.

Q U E S I T U M.

Sollicitat Vir nobilis Agricolam, ut conducat Praedium suum libris annuis ter mille, nempe quingentis ultra communem estimationem. Agricola non nisi libras bis mille quingentas solvere volenti promittit Vir nobilis, se Beneficium, ad quod nominandi jure gaudet, quodque quam primum vacabit, ejus filio Clericali statu profertenti collaturum. Hac una spe illectus Agricola conducit Praedium pretio librarum ter millia, Paulo post vacat Beneficium, illudque vir nobilis Agricole filio consistit.

Quaeritur, an Vir nobilis, Agricola, ejusque filius omnes & singuli in poenas adversus Simoniacos inflatas inciderint?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Virum nobilem, & Agricolam simoniae reos esse, poenisque omnibus in Simoniacos inflatis subesse; filium quoque iisdem poenis obnoxium esse, siquidem de Viri nobilis ac Patris conventionione cognoverit, & antequam Beneficium consequeretur, in eamdem consenserit. Quod si de negotio ignoravit, neque excommunicationem nec ceteras poenas subit; non tamen valet ejus provisio, & ad omnium fructuum, quos de simonia ignorans percepit, si inde ditior evasit, restitutionem tenetur. Si vero omnium, quae inter Virum nobilem ac patrem interierunt, conventionum particeps fuit, omnes omnino fructus restituere tenetur, eosque Ecclesiae vel pauperibus tribuere. Denique omnes & singuli ad Romanam Sedem confluunt, necesse est, censuratum, quae per simoniam contraxerint, & irregularitatis filii, qui propterea se Beneficio de quo agitur, retinendo imparem reddit, absolutionem impetratur.

Decisum in Sorbona hac die

G. Fromageau.

C A S U S II.

Simonia conventionalis.

1. Ea conventio iniri non potest, ut quis Canonicus nominetur ea conditione, ut Capellas duas, quas obtinet, resignet alteri; qui jus habet ad Canonicatum tamquam Graduat.
2. Qui ad Canonicatum nominatus est, eum retinere potest, cum, quo tempore possessionem inivit, conventionem bona fide ignoraverit.
3. Capellas alteri tradere nequit, quia ita quidem conventionem probaret.

Q U E S I T U M.

Um in Ecclesia N. . . . vacasset Canonicatus, ad Capitulum nominationem uno ex iis mensibus, qui in Graduatorum favore sunt, ex duobus Canonicis, qui de more infinuaverant, haud facile Capitulum eligere potuit. Canonici duo ex Corpore pro suo quocumque consanguineo suffragia sollicitarunt; Capitulo ad electionem congregato, plerisque e re visum est, ut nominatio suspenderetur, & ex pura putaque observantia, quin ulla adesset obligatio, & Episcopus aliquot leucis distans per Delegatum de re tota certior fieret, & electionis arbitrum institueretur, quod nunquam antea factum fuerat.

Deputatus Canonicus pervenit ad Episcopum, quem cum accipitem videret, veritus cateroqui, ut se in favorem Petri, unius & Graduat, sibi & consanguinitate & amicitia conjuncti, & jam Capellas duas obtinentis determinaret, ei dixit, Petrum, si Canonicus eligeretur, utramque Capellam Joanni, Graduatorum alteri resignaturum. His conditionibus, Episcopus, qui nullo jure pollebat, Petrum nominavit, & Canonicum, qui a Joanne stabat, per litteras monuit, se ea

Lamet Tom. II.

tantum conditione praelationem Petro impertitum esse, ut suas ille Capellas duas Joanni concederet. Epistolam viderunt, legeruntque complures; ac Deputatus, cum rediisset, quod in ea continebatur confirmavit.

Hujus inter Episcopum ac Deputatum conventionis vi, coivit Capitulum, omnesque una voce Canonicum Petro tribuerunt, uno excepto, qui credidit se ei suffragium suum negare debere, visis in hanc rem Episcopi litteris. Abierat eo tempore Petrus, & nec ipse, nec ullus ejus nomine in conventionis partem venit, ei ne perspecto quidem negotio. In hac ignorantia possessionem inivit, ac solum installationis tempore de re cognovit; statimque conventionem improbas, Capellas Joanni, qui promissae fuerant, cedere recusavit. Super hac facti specie rogantur Doctores, ut quatuor hinc questionibus satisficiant.

I. An conventio, quam Capitulo Delegatus inivit cum Episcopo, Petrum nempe Capellas Joanni daturum, sit simoniacae?

II. An Petrus, qui Canonicatus, ad quem eum Capitulum nominaverat, possessionem suscepit, iusticiis omnino conventionis, quam exequi noluit, dictum Canonicatum tuta conscientia retinere possit?

III. Facta hypothese conventionem simoniae labe pollutam fuisse, teneturne Petrus Beneficium abdicare, an vero ad Romanam Sedem redintegrationis obtinenda gratia confugere? Quibus tandem verbis supplicationem efferre debet: Beneficio sex mensium spatio positus, cum de re omni-audivisset momento ipso installationis, quae postmodum ab initia possessione perfecta est?

IV. Facta hypothese ab omni simonia conventionem vacante, teneturne ille Capellas suas Joanni concedere?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Quoad questionem primam, existisse simoniam in conventionem Canonici Deputati cum Episcopo, & Episcopi cum iis ex Canonicis, qui conventionem perceptam habuerunt, & Petrum propterea elegerunt, quia in re Beneficaria qualibet conventiones sunt simoniacae.

Quoad secundam, licere Petro Canonicatum sibi retinere, quia, cum possessionem susceperet, quid inter Canonicum Deputatum & Episcopum actum esset, bona fide ignoravit, & quia tenuit Capellas cedere, cum de conventionione cognovit, quod sane est ejus bona fidei, ac restitutionis argumentum. Ut id intelligatur, sciendum est, simoniam, de qua agitur, conventionalem tantum esse; & quamvis complurium Theologorum & Canonistarum sententia, ut simoniacae & nulla reddatur electio, satis sit Beneficium, apposita conditione, datum fuisse, etiam si conditio executioni mandata non fuerit; alii tamen Theologi contra sentiunt, inquit Pyrrhingus, eorumque sententia eo tutior in praxi est, quoad cum Romana Curia stylo congruit: Contrarium tamen, quod ut collatio Beneficii per simoniam facta ipso jure sit irrita, copulatio requiritur, & traditio Beneficii, & datio vel solutio pecuniae, vel alterius rei temporalis pro spirituali, adeoque ut ex utraque parte sit completa, docet: &c. Quae sententia, quicquid sit de jure, in praxi secuta est, quia ita servatur secundum stylo Curiae Romanae, ut testatur DD.

Quoad tertiam, tutius quidem fore, ad Romanam Curiam mitti, ut Petrus redintegretur, non videri tamen id omnino necessarium esse.

Quoad quartam, Petrum non debere in Joannis gratiam se Capellis suis abdicare, quia ita simoniacam conventionem, eo inficio, stipulatam probaret, in ejusque partem ex post facto veniret; scandalum pareret, atque adeo electioni, qua Capitulum Canonicatum sibi contulit, derogaret.

Decisum Parisiis die 16. Augusti an. 1700.

G. Fromageau.

C A S U S III.

Simonia Parochiae obtinenda gratia.

Decisiones graves super simonia, quae singulares circumstantias conjunctas habuit.

X

QUAE

Q U E S I T U M .

I. Cathedralis Ecclesie capitulum constans ex triginta Canonis jamdudum gaudebat jure presentationis ad triginta Parochias, quorum singulas singulis Canonicibus adnexerat, ita tamen ut Capitulum, si qua Parochia vacasset, eam traderet Canonico, cujus Beneficium conjuncta erat; ut tanquam Titularis, non autem tanquam Patronus possit Canonice ille eam resignans sibi in ipsa pensionem retinere.

II. Cum mos hic obtineret, Ecclesiasticus, unius ex ejusmodi Parochiis possessor occubuit, quin resignaret. Nulla interjecta mora, quidam eam ex Canonico, ad quem devenire debebat, petendam curavit; ille vero patris fidem obtinuit, eam se ejus filio resignaturum, postquam sibi a Capitulo traditam ipse anni spatium possidisset.

Anno ad finem vergente, edixit Canonice se sibi velle Beneficium simplex, cujus redditus, deductis oneribus, sexaginta librarum esset, & terecentarum triginta librarum pensionem super eadem Parochia, cujus redditum mille ducentarum librarum esse testabatur, quamvis non nisi septingentas quinquaginta libras respiciat referat.

III. Cum is, cui Parochia petebatur, nullum Beneficium simplex obtineret, id consilium datum est patri, ut de suis bonis Præfimoniam fundaret, eamque subderet presentationi Capitali, quod eam conferret ei, cum Parochiam destinaret, ut ille capax esset permutandi cum Canonico, qui eam possidebat. Sed cum inibi res esset, ut concluderetur, defectum esse filio nondum annorum viginti quinque ætatem esse, sed tres quatuorve menses desiderari; cum propositum esset, ut ætatis dispensatio peteretur, Canonice assensum noluit, quod timeret, ne dispensatio ante anni sui finem obtineretur; id etiam propositum fuit, ut fratri majori nato resignaretur; sed cum ei Clericalis status suscipiendi intentio non esset, negotium infectum mansit, pater, filio, & consanguineis declarantibus se nec simoniam, nec confidantiam, nec ullam illicitam conventionem velle; cum porro pater Præfimoniam creationi assensum dedit, id eo fecit, quod Doctor ejus loci clarissimum eum certum reddidit, in ea nihil esse, quod conscientiam turbaret. Denique hic ætatis defectus omnia utrinque consilia dissolvit.

IV. Cum quidam ea in Urbe Parochus de re cognovisset, qui patris aut filii nec consanguineus quidem, nec amicus esset, sed tamen diceret: quod Adolescens Beneficium non obtineret, proximo eorum consanguineo, quem convenerat, significavit, si curari libuisset, ut ipse ad Præfimoniam a Capitulo nominaretur, eam se cum dicta Parochia permutaturum, profructuque facturum, prout probum hominem deceret, ut Adolescens voti communi evaderet; id porro, ut quidem se res habebant, ab omni culpa vacare. Assensere Adolescentis consanguinei, acquiescentes ejus Parochi bonæ fidei, & qui cum satis doctrina valere crederent, ut an id liceret nec ne, judicaret. Id vero eo magis ipsi sibi persuaserunt, quod alius Parochus, qui doctus ac prudens habebatur, fidenter assereret ita fieri licere, ac si minus id prior Parochus fecerat, se quidem ipsum id facere dubitaturum non fuisse, quovis Ecclesiasticis jus obtinente Beneficia ea recipiendi, quorum Laici capaces non fuerint. Porro Adolescens, qui ad Philosophiæ studia incumbere, negotium omne suis integrum relinquerebat, neque ad eas collationes appellabatur, nisi cum eo opus esset, ut nempè Acta signaret. Eo quoque tempore Jus Canonicum nesciebat, satis habens pronuntiare, se nihil contra conscientiam facere velle.

Ergo quod Parochus erga Adolescentem tam bene animatus offerebat, acceptatum est. Instituit e suis bonis pater annuarum librarum 60. Præfimoniam, quam eidem Parochi Capitulo contulit.

V. Hac expeditione ad exitum perducta, Parochiam cum Præfimoniam Canonice permutavit, retenta terecentarum triginta librarum pensione. Atque ita quidem se res habuerunt trium mensium spatium, quo pater solvit Presbytero, permutata Parochia deservienti, per dictum Parochum, qui ipse deservienti Presbytero satisfaciebat. Mensis tempore nihil hic Parochus pro trimestri eo spatium sumere voluit.

VI. Nec illud omittendum, Parochia Incolas ante permutationem Canonice perfructuosè causa memoris, quod contra regulas ille fecerat. Cogit Canonice Adolescentis patrem promittere se vexationem auctoritate sua repressurum, aperte pronuntians se conventionem ea tantum conditione suspensuram.

VII. Quo tempore Parochus hic ejus Parochiæ Titularis erat, Adolescens Subdiaconatum & Diaconatum suscepit. Canonice nihil ulterius inquirendum putavit; ipse votorum damnatus erat, eique periret, si vis is, cui Parochiam resignaverat, eam sibi retineret, sive Adolescenti tribueret.

VIII. Antequam ea, de quibus hætenus, peragerentur, Canonice Domestici promisit pater se is non nihil pecunie largiturum, ut ipsorum operam compensaret; & sane is per filium largitus est, cum is pacificam possessionem obtinisset.

IX. Cum ille Sacerdotio initiatus esse, ex eo, qui Canonice Parochiam susceperat, questum est, an eam Adolescenti resignare vellet, quod ipse statim præstitit absque ulla peculiari stipulatione, sed istem, quibus eam susceperat, conditionibus; animadvertens dignum esse, cum pro Romana Curie expeditionibus nihil solvisset, sed patrem impensis profusis omnibus satisfecisset. Ita quidem junior Ecclesiasticus Parochia possessor evasit.

X. Quinquennio post hæc factis in conscientia tutum putans, consilium super his omnibus capitulis efflagitavit; itaque responsum fuit; Urbanum Parochum, qui conscientiam commisit, in simonia Episcopo reservata verari.

Patrem simonia reum esse, factæ hypothesi eum non ignorasse Conventionem illam permissam non esse, cum ætatem ad Sacerdotium requisitam nondum filius attigisset.

Neutrum ad restitutionem teneri.

Canonice simonia labe pollutum esse, quod Beneficium susceperit ex Parochia, quæ ab ipsius presentatione pendet, & cui deservienti nunquam intentionem habuerit.

Juniores Ecclesiasticos censeri de Beneficio animarum, eam habente recte provivum, nullaque censura aut simonia irritum esse, quia conscientia, si qua in eo fuit, involuntaria potius quam ex ejus consensu est.

XI. Post octavum possessionis annum Parochus hic in mortis periculo constitutus fratri Ecclesiastico resignavit, nullam sibi pensionem reservans, nec de ea verbum faciens, animo retinendi Beneficii, si convalesceret, quod & contigit; itaque, nullis dictis, Provisiones retinuit.

XII. Cum modo allata decilio Adolescenti factis esse non videretur, ut ejus animum tranquillaret, cumque subortæ deinde res novam consultationem requirerent, accessit ille ad Sorbonæ Doctores, queritque in presentia, quomodo se habeat eorum omnium conscientia, qui eorum, qui sunt exposita, participes extiterunt? Ille quidem decisionem Doctorum trium nomine subscriptam optaret, ut intelligeret, an non Præfimoniam creatio simoniaca fuerit, atque an non in hoc omni negotio, quo factum est, ut ad Parochiam, quam possidet, perveniret, ipse Canonice Juris Leges nulla ratione violaverit, & se recte provivum credere possit? Et necessaria est decilio hæc, ut hominum multis respondeat, qui ipsum accusant, quod contra Ecclesiasticas regulas in Beneficium, quo fructur, irrepserit.

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientiæ subscriptum, quod propositam facti speciem vidit, & expendit, exillimant, Conventionem inter Canonice, Adolescentis Patrem, & Parochum, cui Beneficium suum Canonice resignavit, in simoniacam esse. I. Quia cum Præfimoniam eo tantum animo a Patre fundata fuerit, ut eam Canonice traderet, & conditioni, quam petebat, satisficeret, fundatio hæc pugnat cum Juris sanctione contenta in c. Tunc nos de simonia, ubi ejusmodi Conventions prohibentur, præter generalem regulam, que traditur in c. de Pænit. c. Pænitentia, ac c. Tunc nos, ubi hæc habentur: Eiusmodi oblatio fieri non poterit sine vitio simonia, cum in talibus omni pacto aut conventio cessare debeat juxta Canonice Sanctiones.

Hujus principii vi simoniaca est etiam alia postulata conditio, sine qua Canonice Parochiam non resignasset, ut nempè Adolescens pater vexationem, qua ille ob lignorum amputationem impetebatur, cohiberet. Tertio loco conscientia, que in hac Conventione reperitur, nullo demum preterito tegi potest; ut proinde certum sit Canonice & Parochum, cui Beneficium resignatum fuit, ut in Adolescentis manus perveniret, in preas omnes contra Conscientiarum illicitas incidisset, que sunt Excommunicatio, irregularitas, Officium, seu Beneficium, ac pensionis privatio, a quibus poenis Episcopus eos absolovere, ac liberare non potest, ut constat ex Bullis Insuperabilis Pii V. & Pastoralis Sixti V. Itaque omnes & singuli ad Romanam Sedem confugiant, necesse est; & Canonice quidem id, quod ex Præfimoniam, atque adeo quod ex terecentarum triginta librarum pensione percipit, utpote possessor injunctus, legitimoque titulo destitutus restituere tenetur; hæc autem restitutio in Pauperum vel Ecclesiæ bonum faciendæ est; debetque ille Præfimoniam dimittere vel in manu Collatoris, vel in manu Pontificis, a quo novas provisiones petere poterit, quas, ut verosimile sit, obtinebit; id quod non ita sperare possit ex Collatore ordinario, qui fortasse in possessionis concessione ei minus faveret.

Nec facile pater ab excommunicatione eximi potest, quia non est vero simile eum de monopolio, in quod se contra Ecclesiæ regulas conjecit, ignorasse, cum sibi tot indirectis modis opus esse intelligeret, ut votorum suorum damnetur. Et sane ignorare potest negotium, quod tam caute ac subdole celatum est, minime permissum fuisse? Videtur profecto pater in id incubuisse, ut se ipse obsecraret, si tamen ille ignoravit, atque adeo ne dubitavit quidem id verum

R E S P O N S I O .

titum esse, ut proinde egerit bona fide, Ecclesiæ censuras non subit.

Porro junioris Parochiæ titulus nullus est, quoniam cum non obtinuit nisi resignatione, que fuit executio conscientie, que quidem tam evidenter apparet tum ex Urbani Parochiæ verbis, tum ex ratione, que post impetratum Beneficium se gerit, nil ex Parochia bonis decerpens, & ex patris tantum pecunia is solvens, qui ab deserviebat. Nec tempore hunc delectum tegere potest, utamvis confisset, adolescentem de patris Conventione penitus ignorasse, ex Juris regula, que occurrit in c. Nobis facti, extra, de simonia: Quamvis, inquit Celestinus III. Pontifex, ipse promissionis conscientia non fuerit, ejus tamen scilicet, tanquam simoniaca præfimoniam præsumpta, est tenenda reprobanda; & in Bulla Pii IV. Romanorum Pontificum, §. 5. ut etiam in Bullis Pii V. & Sixti V. que ejusmodi Provisiones infirmant & abrogant. Junior autem Parochus se a censuris exemptum credere nec potest, nec debet, si factum non ignoravit; Juris quippe ignorantia tutum non reddit, sed solum facti, in qua quidem, spectatis omnibus peculiaribus circumstantiis, de quibus supra, ut ille versutus fuerit, difficile fieri potest. Si ergo de re cognovit, rationi consensum est, ut ad Romanam Sedem confugiat, & irregularitatis, quam subit, abolitionem ac redintegrationem expostulet; tenetur illa, quæquid ex Beneficio percipit, restituere, tum quod in proprium usum converterit, tum quod ditior evasit, ac si factum vere ignoravit, si patris cum Canonice & Urbano Parochiæ conventiones eum demum latere, si denique Beneficii proventus bona fide percipit, non debet id restituere, quod contempserit, sed id solum, quo locupletior evasit. Nihilominus ut omnibus in commodis occurratur, par est eum ad Romanam Curiam accedere, ingenue rem, ut se habuit, exponere. Provisionem cum fructuum fruitione petere, atque adeo dubitationis, quibus agiturus fuit, declarare, ut in Superioris auctoritate quiescat.

Decisum die 10. Septembris an. 1676. Augulinus de Lamer.

C A S U S IV.

Simonia in Fundatione.

Ecclesiastica regula Fundationes omnes conditionatas tanquam simoniacas rejicit.

Q U E S I T U M .

Cathedralis Ecclesie Penitentiaris, qui pariter Canonice est, cum Canonice resignavit, optaret ille quidem sibi reservare jus in Capitulo ingrediendi titulo Dignitatis, attendens fidem sententia, per orbem ad Canonice domicilia deveniendi, atque adeo nominandi, ac presentandi ad Beneficia, que ad Capituli collationem spectant, exhibet ille oblationem, pro cujus intelligentia notandum est, sciendumque; I. Terecentis circiter ab hinc annis Episcopum a Pontifice Ballam obtinuisse, ut in Ecclesia sua institueret Penitentiarium, cujus substitutum in Episcopaliu provenitum portione fundavit, & Capitulo conscientie, statum fuit, ut Penitentiaris diceret Canonice habitus, & divinis Officiis interesse possit, quin distributionum particeps foret.

II. Neminem unquam Penitentiarium in Capitulo installatum fuisse; immo vero, ut ex Capitularibus Actis apparet, Penitentiarium Officium tantum esse, non Beneficium.

III. Penitentiarium, cum Canonice est, in Capitulo ingredi, in ordine dignitatum sibi sedem sumere, hildemque quibus ille, prerogativis gaudere.

IV. Cum ergo Penitentiaris Resignatarius inibi sit, ut Præbende possessionem ineat, Penitentiaris, ut ea commoda sibi servet, proponit se fundaturum Penitentiaris distributiones ceterarum Dignitatum distributionibus paræ, ejus substituta ex Episcopaliu redditum portione majorum tractum locum tenente, in eumque finem offert Capitulo numeratæ pecunie summam honorè dandam, cujus annuus census tum sibi tum Successoribus Penitentiaris distributiones constituit.

Super hac facti specie queritur, an Capitulum possit Penitentiaris concedere jura, que petit, ut nempè in Capitulo ingrediatur, ibique ante Canonice omnes sedeat, activa voce; & ad Canonice per orbem domos jure gaudat? Et quod majoris quoque momenti est, nominare possit ad Beneficia, quorum plerique animarum curam adjunctum habent?

Penitentiaris Facultatis Doctores, qui consuluntur, rogantur humillime, ut decisionem suam ad hujus Libelli supplicis calcem apponant, ac, siquidem ipsis placuerit, eandem subferant.

Lamer Tom. II.

Theologia Doctores substituti, qui allatam Expositionem viderunt, exillimant, Capitulum Penitentiaris propositionem acceptare non debere, quia ejusmodi Conventio vitiosa esset ac simoniaca ex Cap. Tunc nos de simonia, ac re quidem ipsa Penitentiarium id postulare, ut Canonice declararetur, sibi que tribuatur jus Præbende, cujus redditum id esse convenit; quod Officium Penitentiaris Fundationem constituit, eandem distributiones tandem addit, institutionis hæc eam conditionem apponens, ut ipse ejus Titularis sit; ut proinde Officium hoc revera Beneficium futurum sit propterea ac alia omnia, quibus certa ac definita in Capitulo sedes est. Itaque in ejusmodi consilio occurrit ea facti species, que ab Innocentio III. in Capite modo laudato, ubi de eo loquitur Pontifex, qui præbendam fundare volebat, ea lege, ut sibi ipsi conferretur. En ejus verba: Quod si quis Clericum cum conditione vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, ut illa postmodum pro Præbenda restituantur, & in Conventum admittatur, hujusmodi oblatio non recipi fieri non poterit sine vitio simonia. Porro in dubium revocari non potest, quin Penitentiaris Canonice fiat, quoniam provenit, ac jura omnia, que Canonice committuntur, ut in Titulo conquireretur. Si ergo Ecclesiasticæ regule ejusmodi Fundationes tanquam simoniacas rejiciant, hæc sine ex earum numero est, ut claris etiam ex aliis, que subequentur, ejusdem Capituli verbis licet intelligi: Se uno pacto ac sine pacto vel conditione qualibet, offerat, rogans humillime, ut in Conventum admittatur, & bona sua licet restituantur pro Præbenda, & Clerici ejusdem Ecclesie jure conscientiam, hujusmodi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniae prævitatio. Ceterum autem taliter hinc responsionem, qua nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare, si capere it, qui extem donationem facit, ea intentione ducatur, ut per temporalia bona, que offerit, spiritualia vellet adipisci, & Clerici, qui cum in fructum admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admittunt: sine dubio tam ille, quam isti apud strictum iudicium (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum) culpabiles judicantur. Eæ porro spiritualis res, de quibus Pontifex verba facit, quid aliud denum sunt, nisi novus Canonice titulus, atque omnia, que ab eo pendunt, jura, qualia sunt presentationis ad Beneficia, electionum, collationum, que quidem ille obtineret, cujus Fundatio recipere? Canonice vero, qui eadem ipsi concederent, in idam quoque vitium incidere ex illi verbis: sine dubio tam ille, quam isti apud strictum iudicium culpabiles judicantur.

Decisum Parisiis die 21. Januarii an. 1678. Aug. de Lamer.

C A S U S V.

Simonia in Fundatione.

Prælati Abbatis instructus, in qua Ecclesia, Claustrum, & Dormitorium, & quidem ita, ut decet, existunt, non possit sibi Monialium Communitatem constituturam in Expositione declaratis, que Conventionem simoniacam efficiant, insinuerit.

Q U E S I T U M .

Quidam in Dignitate constitutus Abbatiam a Rege obtinuit, ut alteri Beneficio uniretur. Sunt in hac Abbacia Ecclesia pulcherrima, Claustrum, Dormitorium, ac Regularia loca ad Monialium Communitatis institutionem maxime accommodata. Et quidem peragratum foret divinum servitium redintegrari in hac Abbacia, que ejusdem est Ordinis ac Monialium Communitas, in quam ille coniecit oculos, ut hæc loca divino servitio sacra & dicata ei dono det, in quibus, conjunctis animis ac vocibus, Dei laudes canantur. Abbatiam hæc Viri ab origine possidebant, ejusque proventus sex mille vel circiter librarum erat, sed quoniam ejus longinquitas, ædumque hæc loca contiguarum pravus status impedit, ne in Aede ipsa Villicum statuat, operaret proinde ille, ut prædica conducerent Moniales, ipsaque sibi locum redderent, vel bonis in ejusdem generis alia permutatis, vel annuo soluto censu, & annuente Rege, contractum eaderent, quo promitterent se annuis libris mille ex hoc tempore permutare, sequæ, cum primam possent, daturas fundos alios eorum loco, qui ab hac Religiosa Domo pascunt, in qua tamen hoc tempore conventualitas nulla est.

Id porro utrinque utile foret; primo quidem quoad Abbatem, qui nec Capellani sustentationi, nec adificiorum reparacionibus obnoxius esset, & pecuniam perciperet, quia longa itinera, que proventuum majorem partem absumunt, initiare cogere. Ellet id etiam Monialibus utile, quoniam adest satis apta claustra, haud magnas illæ ceteroquin impensas facerent, & facile Abbatibus redditus exigi possent, quod si is prelo est collocanda pecunia; eam quidem in melio.

meliorem usum conferre nequeunt, seu permutatione, seu aliter.

Quæritur ex utraque parte, an id executioni mandari possit, in quo tantum Dei gloria, ejusque cultus ab annis multis in hac Ecclesia intermissi augmentum spectatur?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum, quod exposita vidit, existimat, id, quod proponitur, omnino rejiciendum esse; ejus adis traditionem illatis conditionibus stipulam simoniam fore; neque vero de Conventionis bonitate ac justitia ex Prælati vel Monialium temporali commodum judicandum esse, bene vero ex regalis, qua non finit ejusmodi negotiationes institui, vel in Abbatiam Moniales induci, ut divini servitii onus deponatur, & in Moniales ipsas, de quibus agitur, rejiciatur; id tantum licere, Prælatum nempe Dei cultum majore cum dignitate propagare cupientem bonis hinc Monialibus pure & simpliciter ea loca tradere, quin se ipsam servitio, ad quod tenetur, exoneret, ut in Conventionis conditiones ponat, quæ ejus temporale commodum spectent, eamque redderent simoniacam.

Decisum Parisiis die 5. Aprilis an. 1600. Augustinus de Lamer.

C A S U S V I .

Simonia in Parochia collatione cum tacita muneris conditione.

Parochus non ignorans Collatoris, a quo Beneficium accipiebat, eam mentem esse, ut ipse sibi munus tribueret, et se munus daturum circa simoniam significare non potuit. Si id non nisi postea cognovit, non minus cavere debet, ne quid venientis ejusmodi Collatori præbeat, ne scilicet ejus simoniam intentionis participet sua.

Q U Æ S I T U M .

Parochus Beneficium recepit a Viro nobili, qui ejus Læcus Patronus erat, absque ulla pactione; quæritur, in grati animi argumentum pollicere munus offerre hinc eidem Viro nobili, qui et hoc tantum anno Parochiam consulit, quamvis hac de re inter ipsos conventio aut propositio nulla fuerit? Tutane conscientia potest alter munus dare, & alter accipere?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum censet, credi non posse, prout quidem expositum est, Viri nobilis ipem adeo in ejus animo detulisse, ut nec eam ullo exteriori signo patefecerit, nec Sacerdoti, quem ad Parochiam nominavit, omnino significaverit se aliquid ab ipso expectare, quo sine casu Parochus hic ejus intentioni tacite consentisse videretur, presertim si ita cum eo se gessisset, ut satis ostenderet se erga ipsum, prout optabat, grati hominis officio non delaturum, nempe se munus aliquid ei largiturum. In hac scilicet specie Simonia realis existeret, & ambo Juris pœnas subissent. Ac si Patroni laici intentio & spes non nisi mentales fuere, nec ullo actu, ex quo is, qui Beneficium accepit, de re cognoscere poterit, se prodiderit: Parochus et nihil tribuere debet, quia secus simoniacæ Viri nobilis intentioni faveret, ejusque peccati participes fieret.

Decisum in Sorbona G. Fromageau.

C A S U S V I I .

Simonia in Capella fundatione.

Qui Castellum fundaret, vel ad ejus fundationem conferret, ea conditione, ut ipse primus in ejus Titularium nominaretur, Simonia se criminari non timeret, & in Simoniacorum censuras aliasque pœnas incurreret.

Q U Æ S I T U M .

Margarita vidua suis bonis cedens in filiorum gratiam significavit eis verbo tenus eam sibi mentem esse, ut prædium, quod possidet, in id converteret, ut pro se, pro viro, pro ejus patre ac matre, ac pro ipsi Deo preces offerantur. Parochus hinc unus, & Parochus fratrum consensu, & Prælati, & matris voluntatem executioni mandandam sibi sumit. Perro ante Contractum eam tractibus in totam Parochiam Capellam in patrimonio sui fundo extruendam curaverat.

eo animo, ut in ea, cum benedicta esset, Sacrum fieret. Sed cum Episcopus loci eam gratiam concedere noluisse, nisi fundata & dotata Capella esset, prædium, de quo dictum est, in id Pascherius impendit, declaravitque se eam fundationem instituisse, ut matris ultimam voluntatem, & Contractum inter fratres ac se ipsum exequeretur, ea lege, ut Capellanus, qui ejus omnium consanguineorum primus erit, certum Missarum numerum quotannis celebrat, nominandus a Parochis loci, ubi extracta Capella est, a morte dicti Pascherii Fundatoris, qui primi Capellani nominationem sibi reservat, promittens statim post dicta Capella benedictionem se vel per se, vel per alium dictam fundationem, quoad vixerit, exequatur, cum autem ea vita excesserit, futuram, ut eandem exequatur Capellanus, nominandus, ut dictum est, a loci Parocho, facta hypothesi neminem a Fundatore, dum in vivis esset, nominatum fuisse, atque in hunc quidem modum illustrata fundatio est.

Contractus hoc ita intro atque insinuat, Episcopus, cum ei ob Capella benedictionem oblata esset supplicatio, mandat, ut super dicta Capella statu, sitis decencia fundaretur, que ad ejus fundationem traditorum proveniret a suo Menso Vicario verbalis sententia leratur, quam cum ille tulisset, & omnia rite ac recte se habere comprehensisset, denegat Episcopus dicta Capella benedictionem, nisi ea in Beneficium erecta fuerit.

Rebus in eo statu versantibus, Pascherio difficultas obicitur, nempe fore, ut, si Capella in Beneficium erigatur, eam ipse possidere non possit, quia ejus Fundator est, eique opponitur decisio Domini de Saincte Beuve, que occurrit in Tomo secundo. Casu qd. propositione ultima, ubi declaratur, eum, qui Beneficium fundaverat, & ad illud se nominandum curaverat, & Ecclesiasticum virum, qui ejusmodi fundationem approbaverat, tanquam auctoritate firmaverat, in pœnas contra Simoniacos decretos invidiosè juxta functionem Canonis Tria non de simonia, additurque præterea necesse esse, ut Fundator, censurarum absolutionem obtineat, & Beneficium dimittat.

Respondet Pascherius, se, cum Capella, de qua agitur, in Beneficium erecta foret, eam posse citra simoniam possidere, quia non versatur in casu decisionis Domini de Saincte Beuve, seu Canonis, Tria non de simonia. Eam porro rationem addit, quod ipse non se proposuit, sed e matris bonis Capellam fundavit. Verum ut animo profectus tranquillo sit, ex Sorbonæ Doctoribus quærit, an ex Episcopi voluntate consentiens, ut in Beneficium Capella erigatur, citra simoniam se ad eandem Capellam nominandum curare, & ejus oneribus ipse per se, vel per alium satisfacere possit?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum, ut occurrit exposita questioni, censet.

Pascherium, siquidem assensit nollet in Beneficium Capellam erigi, nisi ea conditione, ut ipsa primus ejus Titularis esset, simoniam patensuram, & in casum Capituli, Tria non de simonia lapsuram esse, quia per illud Prædium, quod hinc Beneficium fundi loco esse debet, illis rem temporalem tribueret, ut Spiritualem, Capellam videret, de qua quæritur, obtineret.

Præterea Pascherius indicari non potest in ejusmodi Fundatione pactam existere, jam vero pactum quodlibet in re beneficiaria prohibendum est & simoniacum ex decisione Capituli, Tria non de simonia, cum in talibus pactis ante contractum cessare debent, juxta Canonice Pascherius.

Frustra porro dicitur Pascherius Capellam non ex suis, sed ex matris bonis fundare: satis enim est, eum Executoris titulo aliqua temporale ea conditione tribuere, ut id, quod Spirituale est, sibi conferatur.

C A S U S V I I I .

Simonia in Dignitatum ambitu, in quo emuntur suffragia.

- 1. Ecclesiastica dignitas, præsentatione affectari tunc conscientia non potest.
2. Simoniacum est electurum vota emi vel pecunia, vel Beneficiorum seu Pensionum presentationibus.

Q U Æ S I T U M .

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut questiones sequentes determinent.

- 1. Potestne tuta conscientia ambiri Dignitas Ecclesiastica, cui Imperium conjungitur?

II. Pol-

II. Possuntne emi Electorum vota in gratiam temporalis auctoritatis, quæ eidem Dignitati adnexa est?

III. Possuntne promitti Pensiones, Beneficia, vel aliquod aliud temporale commodum?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum censet malum esse officia ac dignitates vel temporales, quæ non vulgares qualitates requirant, ambitu peti, & malum hoc ipsum esse Societatibus maxime periculosum, non modo propter diffidia, quæ fere seculum affert, sed etiam quia, corruptis præsentatione animis, virtuti ac meritis omnem aditum intercludit. Hoc porro malum tum est gravius, cum spiritualis dignitas temporali annexa est, quia Ecclesie menti magis repugnat ambitio. Nullo non tempore SS. Patres solum in eos exercuerunt, qui prehensione atque ambitione Dignitates obtinere voluissent, & innumeri occurrunt in Jure textus, qui ejusmodi electiones prohibent.

D. Bernardus identidem in adeo pravum ac perniciosum abusum invenitur, & Equites Hierosolymis recens initutes commendat magis opere, quod in Ministris ad officia ac dignitates eligendis, persequitur, inquit, apud eos minima accipiuntur: deservunt meliori, non nobilitati. Extant verba hæc Tom. 1. cap. 4. cohortationis ad Equites Templarios.

Ad malum hoc scilicet averendum, quod sanctissimas quoque Societates evterere potest, in bene multis Religiosis Ordinibus, aliisque Conventibus id moris obtinet, ut, qui iis nomen dant, jurare jubeantur, se nunquam directe, seu sibi vel aliis Dignitates ibidem institutas ambitu quaesituros.

Ad questionem secundo loco propositam respondetur, electionem ad summam Dignitatem, cui spiritualis auctoritas adjuncta est, simoniacam esse, cum Electorum vota captantur, emunturque; quia cum spiritualis Dignitas a temporali Imperio sejunxi nequeat, proprie spiritualis res emitur, & tunc quidem electio nulla est; prout definitur Chalcedonense Concilio Canone secundo, qui restat Conf. 1. q. 3. Cap. si quis Episcopus, & confirmatur ibid. Cap. Salvator, et Cap. Consulere. Clemens VIII. enucleate suam hac in re mentem aperit in Constitutione 60. Cap. Nullus §. 22. ubi electiones omnes ambibus vitio laborantes nullas declarat, statuitque, ut quicumque ejusmodi malis artibus ad aliquod officium electi fuerint, eodem priventur, eoque aliis muneribus in posterum obtinendis ineptos pronuntiat, nisi antea a Sancta Sede absolute dispensatione donati fuerint. Constitutionem hanc confirmavit alia Urbani VIII. Constitutio an. 1624. Cap. Sacra Congregatio n. 28. quæ quidem electionem simoniam labe pollutam vehementer condemnat.

Respondetur ad questionem tertiam, simoniam rem esse, quævis Beneficia, Pensiones, vel aliquid tale promittit, ut ad ministerium Ecclesiasticum eligatur; id quippe citra pactum fieri nequit: quævis autem pactum in hac facti specie a Canonibus improbat; v. de pacti. Cap. Tria non de Simon.

Decisum hac die 24. Novembris an. 1696. G. Fromageau.

C A S U S I X .

Simonia in promissione solvendi æris alieni, quo Beneficium obstrictus est, ut ejus Beneficium obtineatur.

Simonia reus est, qui Beneficium alicuius & bona mobilia se solviturum promittit, ut ad ejus Beneficium nominetur.

Q U Æ S I T U M .

Petrus Religiosus in familia, cui multa annexa sunt Beneficia, quæ Religiosis Presbyteris a Priore magno Vicario Abbas ad hoc, habita ratione temporis consulerunt, cum animadverteret non paucos juniores Presbyteros ea Beneficia religionem obtinere, timuit, ne diu suo jure temporis privaretur, sibi que oblatam occasione haud censuit respiciendam. Religiosus Beneficium ei proposuit se in ejus favorem abdicaturum, eique currentis anni redditum, & omnia sua bona mobilia cessuram, ea conditione, ut ille sibi libras octingentas solviturum promitteret, nempe sexcentas pro anni decimis, & ducentas pro bonis mobilibus, idque omnino, ut ipsius alienum ac solviturum, nihilque amplius ab eo peteretur, etiam si summa alienum eas non aquaret. In hac quidem modum consistit res est. Abdicavit Beneficium, & Petrus a Priore & a communitate ad Beneficium nominatus fuit. Qua in re quæritur, an in hac Conventione exiterit simonia, & an Petri Superior ei conditioni, quam ille sibi imposuit, ut nempe Antecessoris sui æs alienum dissolveret, assentiri poterit?

Lamer Tom. 12.

R E S P O N S I O .

Consilium subscriptum, quod propositam facti speciem vidit, existimat, Conventionem, de qua agitur, simoniacam esse, & Superioris permissionem æque ac Communitatis consensum non potuisse, quia nec Prior nec Conventus efficere non poterunt, ut Beneficium vacaret. Penes Titularem erat illud retinere, vel abdicare & atque in jus, quo Petrus ad illud gaudet, a Precessoribus sui dimissionem originem trahit. Jam vero indubitatum est, æris alieni solvendi promissionem dimissioni prævisse, & præcipuum causam fuisse, quomobrem Titularis in Petri favorem renuntiaret. Porro certum & constans principium est, quamlibet conditionem resignationis ad dimissionem appositam in causa esse, ut resignatio seu dimissio sit simoniacæ. Vide caput Cum prædium pactiones etc. Tria non de simonia, ubi Innocentius III. rem aperte decidit in hæc verba: Declaramus Pietati tuæ, si Clericus Ecclesie sua bona obtulerit, cum pacto & conditione, ut erigatur inde Præbenda, quæ ipsi conferatur, ejusmodi pactum Simoniacum esse, omnem in ejusmodi negotiis pactionem & conditionem SS. Canonibus prohibentibus.

Decisum in Sorbona hac die 22. Novembris an. 1680. Augustinus de Lamer.

C A S U S X .

Simonia in receptione habituatorum Ecclesie.

- 1. Non potest Capitulum circa simoniam ore tenus promittere, se in re Ecclesie sue habituros, seu privilegiorum recepturam eos, qui ad ejusdem Ecclesie infamiationem dederint secula centum.
2. Qui ea jam dederint, ut eis commodis fruereantur, si quoque simonia rei sunt.

Q U Æ S I T U M .

Ecclesie Sancti N.... Capitulum ab Episcopi Diocesani jurisdictione exemptum, ut haberet, quo Ecclesie reparacione conficeret, declaravit ore tenus se relaturum in incorporatorum & habituatorum albam eorum filios, qui Fabricæ scuta centum dedissent, eosdemque filios ipsam provenitibus, distributionibus, privilegiis, & juribus fructibus, quibus ejus Ecclesie habituati ceteri fruereantur.

Hujus Declarationis gratia, non pauci Ecclesie Fabricæ scuta centum dederunt; ea tantum conventionem, quæ illata est, pronuntiantes præterea id unum sibi propositum esse, ut honorum, quæ sibi Deus tribuisset, eam Ecclesiam participem facerent. Nihilominus filios suos Capitulo presentantur, quod fidem præstiterit, iis in habituatorum albam relatis. Sed quia eorum aliqui Tonsuræ initiati non erant, Episcopo se presentantur, qui verbalem Capituli promissionem non ignorans censuit conventionem eam, quamvis verbalem, simoniacam esse, eosdemque pueros in aliud tempus remisit.

Quæritur ex Sorbonæ Doctoribus, an ejusmodi conventio sit simoniacæ, cum non nisi verbalis sit, & in Ecclesie favorem inita, quæ indiget reparacionibus, quibus alioquin diffucillime satis fundi inveniri possent?

R E S P O N S I O .

Theologie Doctores subscripti, qui propositam facti speciem viderunt, existimant, Capitulum Ecclesie Sancti N. independentens ab Episcopi jurisdictione non potuisse juxta regulas declarare verbo tenus, haud magis quam scripto se inter Ecclesie hæc incorporatos, & habituos recepturum eorum filios, qui Fabricæ scuta centum largiti essent, ut ita fundus Ecclesie reparacionibus idoneus institueretur. Hanc agendi rationem Simoniacam esse, tum quoad Capitulum, tum quoad eos, qui scuta centum præbuerunt, ut filii suis id, quod Capitulum promiserat, obtinerent, quamvis in donationis Actu rationem aliam, quam quæ eos permovebat, in medium attulerit. Deum non his, quæ apparent, se continere, sed cor intrinseci; cumque ex ejusmodi parentum consilio re ipsa confes eos nihil aliud quaesivisse, quam ut filii sui ejus Ecclesie Habituatorum privilegiis, juribus, distributionibus, & redditibus fruereantur, pro certo proinde atque indubitato habendum esse, eos, & Capitulum, quod promissa fecit, oblati pretio ac summa scutorum centum, se simoniam crimine polluisse. Episcopo satis gravem rationem præsto fuisse, quomobrem pueros sibi presentatis, ut eorum, quæ dicta sunt, capaces evaderent, Tonsuram negaret. Pecuniam traditam restituendam esse, ut in ipsa opera conferatur. Hos, qui recepti jam sunt, haud valde receptos esse; atque adeo nullis ejus Ecclesie privilegiis, & commodis tuta conscientia gaudere posse; quicquid etiam ab ipsis perceptum esset, restituendum fore. Quod si ex sedes essent Beneficia, ejusmodi simoniam pœnis contra Simoniacos inflicta obnoxiam fore, nisi

eos bona fides in tuto poneret, quod tamen agere, prout quis dem esse expositum, credi potest, tum quoad Capitulum, qui in consilium suum celatum voluit, tum quoad Patentes, qui in donationibus suis causas ab iis longe alias, quibus ad seuta centum eroganda ducerentur, in medium protulerunt. Non tamen placere Doctoribus, rem ex ejusmodi rationibus definiti, cum suam esse quidem putent dicere, quod sentiant, ut ii, de quibus agitur, id, quod res est, ipsi fecum in animo re- putent.

Decisum Parisiis die 16. Junii an. 1680. Aug. de Lamer.

C A S U S X I.

Simonia, cujus suspicio quidem adest, non autem probatio.

1 Licet, mandante quidem Episcopo, permolari cum Parocho, qui empti Beneficii suspitione laborat, sed ejus tamen criminis convictus non est.

2 Instituta est permutatio hac in Romana Curia, exponenda Pontifici simonia suspitione, qua praesto sunt, si quis rogandus, ut provisioni Clausulam, quovis modo vacet, apponet.

Q U A E S I T U M.

Uo ejusdem Dioecesis Parochi mutuo permutare volunt; Superiores hanc permutationem & cupiunt, & jubent. Sed Parochorum alter haud se facilem praebet, propterea quod alterum de empti Parochia publicus rumor accusat, quamvis id Judici probari nequeat.

Queritur ergo, an tuta conscientia possit iniri permutatio cum homine, in quem simoniae suspiciones adeo violente praesto sunt, & quem absque Canonico titulo Parochum esse praesumi potest; Quod enim ab initio non fuit, non potest tractu temporis convalescere. Hac autem simoniae suspicio gravior inde majorque fit, quod publice notorium est, eum, qui Praebitero, de quo agitur, Beneficium resignavit, aliis bene multis illud vendere voluisse; eundemque, quo illud resignasset, a Romana Sede petitis Breve, cum a Simonia, quam nempe resignans commiserat, abolveretur. Animadvertendum, Superioribus id maxime in votis esse, ut Beneficium, de quo agitur, adimant Parocho, a quo illud emptum esse suspicio est, periculum habentibus eum nunquam in eo cum Fidelium sibi conceditorum fructu versaturum, quia inter eos ejusmodi suspicio percrebuit; porro locus ille eo est longe frequentior, quo ipsum transferri habet, & illinc abest leucis octo. In posteriore autem Parochia nullus Dominus, nulli Viri nobiles, nullus Vicarius; estque ea proinde Praebitero, qui male audiat, & quem latere debeat, admodum accommodata, & in ea creditur ipse suo muneri satisfactorus.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, permutationem nullam esse, cum Permutantium alter Beneficium suum per Simoniae crimen obtinuit; ita sentit Azorius 2. p. l. 7. q. 19. Ratio est, quia qui permutat, rem, quae ad se pertinet, aut ad quam jus habeat, tribuere censetur. Cum porro Superior, qui permutationem acceptat, non simpliciter ac libere, sed permutationis gratia conferat Beneficia, si pars altera ad suum Beneficium nil juris habeat ob simoniam, quam, ut illud consequeretur, admisit, ejus Beneficii conferendi voluntas in Superiore ipso nulla esse censetur: Superior causa permutantis Beneficium conferent, non simpliciter & libere Beneficium conferi; ergo cum permutatio est irrita & inanis non habet voluntatem conferendi. Pyrrhingus idem tradit l. 3. tit. 19. §. 3. n. 14. de rer. permur. Nam si unus eorum nihil habeat juris in Beneficio, quod permutat, quia per simoniam, vel alias sine vero titulo illud obtinuit, irrita est permutatio. Nemo enim potest permutare cum alio nisi rem suam, vel in qua jus habeat; ac proinde alter permutans redire potest ad Beneficium, cum non absolute renunciat, sed ob emissam permutationem, qua secuta non est. Id ipsum tanquam certum in Jure ponitur Cap. 6. Cum venerabilis de except. Cum permutatio inter contractus bona fidei computetur, nec cum alio, quam cum Domino, vel cum eo, qui habebatur loco Domini, legitime valeat celebrari.

Hoc posito, responderetur, si certum sit, Parochum suspectum simoniae crimine Beneficium obtinuisse, nec supplicem accessisse, ut in integrum restitueretur, permutationem nullam fore. Jam vero in Expositione, simonia quidem suspiciones, atque adeo praesumptiones satis graves ac vehementes allatae sunt; sed explorati tamen ac prolixius certi nihil producit. Quocirca Parochus, quem super hoc articulo scrupulus tangit, potest tranquillo animo esse, ac permutare, proprio Episcopo, cui id, quo agitur, explicaverit, permutationem precipiente. Sed permutatio quidem in Romana Curia instituenda est, & quo tutius negotium transigatur, monendus Pontifex de praesumptionibus simoniae, quae hac in re occurrunt, & de

timore, qui subest, ne permutatio nulla fiat; rogandus denique idem Pontifex, ut hinc defectui, aliiique, quicumque demum existeret possent, remedium afferat, addens provisionem solemnem clausulam: *hac alio quovis modo vacet*; ut proinde Pontifex Beneficium titulum auctoritate sua Compermutantibus tribuat, si forte non ipsis auctoritate ex permutacione peteret. Fit nempe verosimilimum, ejusmodi clausulam, quae hinc ponitur in provisionibus ad resignationes in Praeiorum, ideo poni, ut resignati Beneficii titulus Resignatorio certus reddatur, facta hypothese cum cateroquin ex resignatione certum non esse, idemque statuendum in permutacionis negotio. Flaminus Parisius de ea clausula, quovis modo vacet, verba faciens l. 8. c. 7. q. 7. n. 64. de resign. ita pronuntiat: *Injuncta di clausula poterit Resignarius consequi Beneficium, non solum ex vacatione expressa per resignationem, sed etiam ex vacatione per otium, per contractum matrimonii, ingressum Religiosis &c. Consili potest Guimerius in Pragmaticam Tit. de Causis §. Item quod Monasteria.*

Et sane, ut monet Aloysius Riccius 2. p. Resol. 128. Permutatio est quaedam resignationis species, qua, qui permutat, in Superioris manu Beneficium dimittit, & in alterum transferendum curat ea conditione, quam Superior acceptat; Ex quo sequitur, quod hac dispensatio loquens in resignatione includit in se resignationem ex causa permutacionis, quia permutatio est vera resignatio.

Si hac permutatio peragitur, Episcopus invigilare potissimum debet, ut Parochus, in quem simoniae suspicio cadit, in minuta Parochia ad quam gradum faciet, non deest officio suo, malo ibidem exemplo non sit, atque ita se gerat, ut ex ejus administratione major ibi, quam in Parochia, quam antea possidebat, fructus exsilit.

Decisum hac die 19. Octobris an. 1701. G. Fromageau.

C A S U S X I I.

Simonia in Ecclesia venditione vitanda.

- 1 Canonici circa simoniam possunt Ecclesiam ad se spectantem, sibi que proventus inuicem vendere Seminariis, quod se etiam opus habet, & prout omnino docet, uti vult.
- 2 Conditiones, quae, ut hac venditio legitima, & innocua redatur, sunt necessariae.

Q U A E S I T U M.

Seminarium Ecclesiam, qua caret, emere vult a Canonico, eum ejusdem loci Capitulo, cui ea necessaria non est. Seminario in hac emptioe propositus est Dei cultus, proposita item est divini Officii, sanctorumque Mysteriorum celebratio. Rogantur ergo Doctores, ut definiant, an ejusmodi emptio permilla sit, & regulas in ea servandas declarent.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Seminarii, de quo questio est, Ecclesiasticos posse ea, quae exposita est, ratione cum ejusdem loci Canonici stipulari, quia in ejusmodi Conventione nihil occurrit, quod siapte natura malum sit, vel Canonibus advesetur.

I. Ecclesia ratione situs ac loci, in quo extracta est, spectari potest tanquam Calix & ornamentum ratione materie. Ecclesiae quippe consecratio sine benedictio, quae locum, in quo illa constructa est, aut cements, ex quibus coalescit, in spiritalem usum accommodat, valorem, quem obtinebat, eisdem non admittit; & ut generatim loquamur, destinatio, quam instituit Ecclesia rei temporalis in usum spirituales est destinatio consequenter, ut Theologi dicunt, instituta, quae rei temporalis naturam omnino non mutat, & quod inde consequitur, quemadmodum ante eam destinationem estimari ac vendi poterat, potest & post, ad id quod attinet, quod in ea materiale est; dummodo, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 4. ad 1. quoad ordinem, quem ad spiritualia habet, non estimetur. Temporalia vendere licet, sed ordo eorum ad spiritualia sub venditione cadere non potest. Uno verbo ex communi sententia, & ex peculiari D. Thomae in 4. dist. 25. ar. 2. ad 1. Ecclesiasticus potest etiam Calicem vendere, qui cum emere vult, ut eodem ad sancte Missae celebrationem utatur, quia Calicis materies est pretio estimabilis, & id praecedit, quod in Calice spirituale est, videlicet usum, ad quem destinatus est. Eadem est ejus loci ratio, in quo Ecclesia constructa est, & cementorum, quae ejus constructionem componunt; haec nimirum praecedunt Ecclesiae consecrationem aut benedictionem, quae licet spiritualis hoc tamen loco non nisi accessorium quid est, & Ecclesiae materiale supponit.

Nititur hac disputatio Doctorum complurium auctoritate D. Thomae in 4. dist. 26. ar. 2. ad 2. ita pronuntiat: *Cameterium vendi potest ratione terre in necessitate Ecclesia, sicut & Calix ratione materie.* Sylvester v. Simonia q. 12. idem docet. S. An-

S. Antonius 2. p. tit. 1. c. 9. q. 23. ait res consecratas, ut vasa, ornamenta &c. vendi posse ratione materie, referendo intentionem ad temporale, non ad spirituale, vendi possunt Ecclesiae in eadem forma: *sed laico vendi non potest Calix, nisi consecratus praemissa oratione.*

II. Non solum in Conventione, de qua sermo est, nihil occurrit, quod ipsum per se malum sit, sed nihil est etiam, quod Canonibus advesetur; potest enim ea non esse in se mala, & ab Ecclesia tamen prohiberi. Jam vero nullus est Canon, qui expresse prohibeat, ne in casu, de quo agitur, Ecclesia vendatur, quicumque proleri possunt, aut vetant, ne Ecclesia, ejusque proventus contra ordinem, forsisque vendantur, ejusmodi est Cap. Querelam, vel prohibent, ne vendatur Ecclesia constructio, prout aliquid continet spirituale, ut si plures venderetur, quia Ecclesia est; quod aperte foret simoniacum. Omnium gravissimum species tunc in hoc negotio est Cap. Si quis obierit, 12. 7. Sed dum hoc in Capite ponitur tanquam certum Ecclesiam vendi non posse, Ecclesiae vocabulum hoc loco Beneficium significat, ita ut

Ex his omnibus sequitur, Ecclesiasticos Seminarii, de quo tamen ponatur tria: I. proprie dictam necessitatem esse emendationis, II. Ne dum Ecclesiae solum, & cements estimantur, ideo majus statuat orium pretium, quia Ecclesia est. Immo non videtur ea minoris propterea estimanda, quia non nisi ad pecuniam, ac certum usum accommodari potest. III. Ut Superioris auctoritas in hac Conventione interveniat.

Decisum in Sorbona hac die 22. Decembris an. 1692. G. Fromageau.

C A S U S X I I I.

Simonia in conventione ad jus patronatus obtinendum proposita.

- 1 Confratruus Fundatoris Capella circa simoniam ejus redditus augere non potest, ea conditione, ut qui ad eam nominandi jus obtinent, ejus patronatum ipsi concedant.
- 2 Id et quidem Episcopus concedere potest, sed factus est a Pontifice illi obtrineri, omnibus negotii circumstantiis ei distinctim expostis.

Q U A E S I T U M.

Ecclesiasticus Capellam in Parochiali Ecclesia fundavit, ea conditione, ut nominandi jus ad se, & ad eos a suis hereditibus pertineret, qui ei cognomines fuissent; ita eum delectantibus, presentatio ad Parochum, & Aedum rediret. Extinctum est nomen nunc temporis, ut proinde, cum primum Vacatio contingeret nominandi jus sit per Parochum, Aedumque. Quidam ex familia, non eodem tamen nomine, jus hoc ad ipsi volens offert Parocho, & Curatoribus, si in sui favorem juri renuntiaverint, libras annuas centum & decem, et quibus 40. tributum Capellano, qui Missam per hebdomadam plussquam antea celebrare teneatur, quod autem supererit, ad Parochiam, ac Fabricam spectet, ut ita jus, quo si spoliantur, quemadmodum compenitentur.

Sane non laet id privata auctoritate fieri non posse, quia cum jus patronatus rei spiritualis annexum sit, simoniae crimen committeretur, quod quaeritur, utrum propterea Superior immediatus, an vero Pontifex adiri possit? Dubitandi praecipua ratio ea est, quod quamvis doctus factus iusta causa sit, ut patronatus ei, qui eamdem instituit, concedatur, cum tamen id eventi, Beneficii Titularis, non autem Patronus datus bonis gaudere debet. Porro in hac facti specie Capellanus augmentationis commodum non ipse solus percipit, sed Parochus, & Fabrica, jure, quod obtinent, adhaeret, in ejusdem commodi partem venit. Data sunt ad Romanam Curiam litterae, ut intelligeretur, an Pontifex ejusmodi Conventionem firmare vellet; responsumque est, ita sane, eoque potissimum, quod patronatus adhuc esse mere laicus, nec habere ad Parochum, atque Administratores devenit.

Quia porro nil suscipi habet, quod omnino conscientiam laedat, ac vel minima suspicione laboret; quaeritur, utrum propterea ad immediatum Superiorem, an ad Pontificem conluggi possit; & facta hypothese Pontificem id concedere, quaeritur, an conscientia prolixius tuta futura sit?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, confratruum, qui est & Fundatoris familia, Conventionem in Expositione declaratam circa simoniam stipulare non posse, cum Parocho, & Parochia Custodibus, ad quos devolutum est jus patronatus, ea lege, ut in ipsius favorem eidem renuntiet. Quin enim hoc loco necesse sit, ad simoniam quod attinet, Laicum Lamer Tom. II.

inter, & Ecclesiasticum patronatum distingui; jus ad Beneficium nominandi spirituale jus est, quod proinde erogata pecunia transferri nequit, ut monet Evreus de abusu l. 4. c. 9. n. 4. quia nempe patronatus emeretur; id, quod tanquam simoniacum Jure Canonico prohibetur, cap. Quisquam, de errorum permutacione, & contractus nullus est Cap. de jure, de jure patronat. Cum inconveniens sit vendi jus patronatus, quod est spirituale annexum, contractum illum irritum esse decernimus. Tridentina Synodus Sess. 25. l. 9. de Refor. eos, qui jus patronatus vendiderint, excommunicatos, & jure ipso privatos declarat: *Nec dictum jus patronatus venditionis, aut nisi quocumque titulo, in alio contra Canonicas sanctiones transigere praesumant; si seculi fecerint, excommunicationis, & interdicti poenis subjiciantur, & dicto jure patronatus ipso jure privati existant.* Et sane cum jus patronatus, de quo hic agitur, sit persona- lis, qui pecuniam daret, ut ii, ad quos pertinet, ei renuntiarent, eundemque sibi proprium faceret, non alia de causa ita se gereret, nisi quia Beneficii conferendi jus obtinere vellet; jam vero jus hoc est aliquid vere spirituale, & proinde hac ratione circa simoniam acquiri non potest. Quia in re non omnitemendum hanc simoniae speciem non esse praestandum tanquam juris Ecclesiastici tantum, Canonibusque contrarium, sed eam, ut vero simillimum sit, divini juris simoniam esse, quae nulla potestate firmari possit. Ita sentit Bonacia de sim. disp. 1. q. 4. §. 11. n. 3. Invo, inquit, probatissimum iuris ratio dicitur committi etiam simoniam jure divini vendendo jus patronatus, habita ratione ipsius juris. Quamobrem non videtur in ea dispensatio locum habere, quamvis laicus tantum esset patronatus; quia semper id nihil est aliud, quam cum ius dandi rem spiritalem, & jus hoc non minus est spirituale, quam ipsa res, juxta illud in scholis tritum: *Patentia specificatur ab objecto.*

Ut malum hoc evitetur, oportet, ut qui Capellam augere vult, Parochum, & Aedum adeat, utque testetur se de hoc patronatus jure cum ipsis agere nolle, quia id tuta conscientia facere non potest; tum vero proponat Episcopo se velle Capellam a confratruo fundatam augere libris centum decem, quarum quadraginta Capellano quod autem supererit, Fabricae, & Parocho, cedet. Re ita inita sine praesto cum Parocho & Ecclesiae Curatoribus, Episcopus, iis quidem consentientibus, huic Fundatoris confratruo jus ad Capellam presentandi tribuere poterit. Neque vero in Ecclesia novum, & inusitatum est ei jus patronatus concedi, qui Fundationem auget. Tridentina Synodus loco jam appellato consuetudinem hanc supponit, similiter quoque patronatus quicumque in Ecclesia quibuscumque alius Beneficii acquisierit, seu augmento docti, seu nova constructione, vel alia simili de causa &c. Saepenumero Conventions, quae vitiosa essent, si pactum adesset, non amplius ejusmodi sunt, si nulla pactio intercesserit.

Id vero, quod in Expositione obijciatur, movere omnino non debet; nempe dum Fundatio instituitur, eam Titulari, non Patrono utilem esse debere; neque enim cesset illi Fundationem omnem, quam late patet, ad Titularum spectare, sed ejus partem ab ipso percipi satis est. Caeterum qui Beneficium augere vult, Parochum, & Curatores tanquam Patronos spectat, cum ejusmodi nondum sint; quoque ipse isti tribuit, non patronatus pretium est, sed elemosyna. Ad rem autem magis, magisque in tuto ponendam, negotii totius confirmatio a Romana Curia peti possit, universis, ac singulis circumstantiis in Libello supplicis expostis; idque ob id etiam, ut nempe, quisquid in hoc negotio fortasse vitiosum, & Ecclesiae regularum puritati contrarium foret, a summo Pontifice purgaretur.

Decisum hac die 25. Julii an. 1693. G. Fromageau.

C A S U S X I V.

Simonia in resignatione cum pensione.

Omnis resignacione cum pensione, quae ex Beneficio resignato minime percipitur, fuit simoniacae.

Q U A E S I T U M.

Quaestio est de Monialium Abbatia, quam Abbatissa resignare in animo habet. Abbatia id tanquam proventus est, quod ad alendas Moniales est opus & Abbatissa resignans non vult pensionem, quam sibi reservat, Monasterio onerosam esse; sciendum, an hic primus articulus conscientiae legibus consonus, & a simonia prolixius alienus sit?

Abbatia pecuniam offert Resignataria, ea conditione, ut Moniales recipientes se Abbatissa resignanti pensionem, quam possint, soluturas, & summam ad propria familia bonum custodituras, vel tenori, quoad Abbatissa resignans vixerit, sibi solvendo daturas, amissa sorte; pensio autem in Brevis, ac Bullis aderit. Hic porro secundus articulus etiam in foro conscientiae permittitur? estne exemptus a Simonia?

Theologie Doctores subscripti censent super articulo primo proposito, resignationem, prout in Expositione est...

Decisum Parisiis hac die 18. Aprilis an. 1674. Augustinus de Lames.

C A S U S X V.

Simonia conventionalis non consummata.

Cum simoniae resignationis conditiones in Romana Curia firmata non sunt, si, qui ita resignavit in extor-

Q U A E S I T U M.

Petrus, cui quantum adest simplicitatis, tantum doctrinae deest, Capellam possidet, cujus annuus redditus viginti quinque circiter, aut triginta librarum est...

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, simoniam in casu proposito contineri. Quamvis enim Petrus simplicior, ut vix ullo mentis acumine praeditus esse dicatur...

Non ergo in excommunicationem, qua simoniaci plebuntur in Jure, Petrus incidit. In Extravagantibus I. & a. Sane & cum detestabile de sim. excommunicatur tam Antistes, quam accipientes...

Decisum hac die 12. Augusti an. 1694. G. Fromageau.

Simonia in conditionibus, quas exigunt Collatores.

- 1. Capitula Beneficiorum, ad qua nominant, preventuum partem rursus conscientiam retinere non possunt. 2. Parochus ad Horas Canonicas ipsorum loco canendas adigere non quatur. 3. Qui Beneficia his conditionibus conferunt, suscipiuntque, penas subeunt, quas Jus in Simoniacos pronuntiat.

Q U A E S I T U M.

Rogatur Dominus Fromageau Sorbonae Doctor, ut quaestiones sequentes decidat:

- I. Capitulum potestna Parochias, vel alia Beneficia conferre, & redditum partem sibi retinere? II. Qui acceptant hac Beneficia, possuntne Canonice horis Canoniarum loco canendis se subdere, admodum tenui distributione recepta, ex preterito, quod Parochiarum, quas suscipiunt, fortuitus, seu Casualis proventus exaquat integram retributionem, quae Cantoribus tribueretur? III. Qui cum ejusmodi conditionibus dant, accipiuntque, an non penas subeant in Confidantiaribus, & Simoniacos statutas?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet: Quoad quaestionem primam: Capitulum non licere Parochiam vel alia Beneficia conferre, sibi reservata preventuum parte...

Tridentina Synodus Sess. 24. c. 14. de Reformat. statuit, ut penae contra Simoniacos in Jure decretis puniantur, quicumque in Cathedralibus & Collegiis Ecclesiae ex Capituli legibus aut ex prava consuetudine preventuum partem exigunt ex Beneficio, ad quod jus obtinent electionis, praesentationis, institutionis, &c. Si quod exigunt, iis bono fit. Diversa sunt & expressa Synodi verba.

Quoad secundam: Praesentatos simonia reos fore, si Beneficia, de quibus quaeritur, acceptantes id sibi legis imponerent, ut Canonice horas Canoniarum loco canerent, exigua retributione percepta, ut nempe ad casuales Parochiarum suarum fructus jus obtinerent, quia cum jus hoc Parochiis annexum sit, acceptatio cum ea conditione eo demum referretur, ut res pretio estimabilis, labor nimirum in Canonice Horis canendis positus pro re spirituali, videlicet pro Parochia tribueretur: id autem est simoniacum.

Frustra porro ajunt Canonici excusationis loco, retributione, quam praebent, quamvis modica, cum Parochia, ad quam praesentant, fortuito preventu conjuncta integram retributionem, quae Cantoribus tribueretur, aequari, atque ita ejusmodi Parochiis nullam injuriam inferri; Canonici enim Parochia, quam tribuant, casuales fructus applicandi facultatem non obtinent, quia ad eos spectant, qui eidem deserviunt, ut nempe in eorum retributionem, qui pro ipsis canunt, conferantur. Hac nimirum de causa dictum est supra Canonicos, dum Parochiam, aliudve Beneficium cum ea conditione conferunt, simonia se crimine obstringere, & contra Jus agere, quod jubet, ut Beneficia sine diminutione conferantur, videlicet quia ex annexis juribus aut redditibus aliquid decerpatur.

Quoad tertiam: Parochiarum aliorumve Beneficiorum cum declaratis conditionibus praesentationem nullam esse, Praesentatos porro singularem excommunicationem esse, perinde ac praesentatos Extravaganti Pauli II. Cum detestabile de Sim. Capitulum autem de quo agitur, Patronatus jure privandum est, quod eo abusus fuerit, & contra Canonem simoniam prohibentium rationem illud impenditur. Praesentati sunt inhabiles possidendis in posterum Beneficiis, ad qua nominati fuerint, nisi Superior Ecclesiasticus, ad quem pertinet, eos absolverit, & Beneficiis aptos reddiderit.

Decisum hac die 18. Februarii an. 1696. G. Fromageau.

C A S U S X V I I.

Simonia mentalis.

Ecclesiastico, qui per annos omnino sex filiorum Viri nobilis Praeceptor fuit, sibi quod Beneficium compensationis loco obtinendum proposuit, est carum Deo simoniacus. Se Beneficio abdicare, vel horum provisiones, & consularum, quas subit, abstinentiam abstinere debet.

Q U A E

Ad Virum nobilem complurium Beneficiorum Patronum Praeceptoris officium suscepit Ecclesiasticus, eo animo, ut ob praesentiam filii operam ex isdem Beneficiis unum consequeretur. Elapso sexennio ei Vir nobilis significavit se quidem ejus labores filiorum suorum gratia susceptos, sibi quae exhibita officia compensare velle; adeoque ad pinguem Parochiam cum sorte vacante eum nominavit. Animadversione dignum est, Ecclesiasticum hunc probe scivisse Virum nobilem nihil stipendii tribuere, ac non nisi collatis Beneficiis compensare consuevisse, ut proinde stipendium, si forte ille obtulisset, respuere paratus esset, ne scilicet id noceret obtinendi Beneficii consilio, quod sibi propulerat, tamen non mediocres impensas facere coactus fuerit, ut per id omne tempus suae dignitati consulere. Quae nunc enodanda occurrat difficultas, in eo est posita, utrum ille Beneficium abdicare, an vero canonicam ejus provisionem obtinere debeat? Contendit ipse nullum vel explicitum vel implicitum pactum intercessisse, atque ita Beneficii consecutionem, quamvis illicita fuerit, invalidam tamen non esse, nimirum Capite, Mandatum, extra de Simonia. Atilius, Sylvius, P. Alexander Dominicanus, P. Juvenius ex Oratorii Congregatione, & Boudart sentiunt eum teneri ad renuncianum Beneficio, & Divus Thomas eandem sententiam tueri videtur, dum inquit 2. 2. quae. 100. art. 6. Et ideo qui munus intervenit spiritualia quacumque responderit, ea licite retinere non potest.

R E S P O N S I O.

Theologiae Doctores subscripti, qui praesentem Expositionem viderunt, non attingunt eam controversiam, an qui Beneficium per simoniam mentalem obtinuit, naturali aut divini Jure illud abdicare teneatur, ut nonnulli contendunt; sed sentiunt inter Virum nobilem & Ecclesiasticum, ut ex proposito specie licet intelligi, pactum implicitum extitisse, quamvis ad expositionis calcem nullum pactum fuisse dicatur. Neque enim semper necesse est externo sermone uti, ut animi sentia pateant, praesentem cum unum idemque negotium personis duabus utile est; tunc enim inter eas facile convenit pacto tacito, & nullis dictis.

In Viri nobilis pacto notantur tria: I. Imponit ille Ecclesiastico longam gravemque laborem in filiorum educatione, quae sex annorum spatio perdurat. II. Nullam mercedem tribuit. III. Ita est animo comparatus, ut ejusmodi servitium non alia ratione, quam Beneficiorum collatione compenset; & hac quidem ejus animi preparatio Ecclesiastico ipsi perfecta est.

Quod attinet ad Ecclesiasticum, exhibet ille labores & curas, ea potissimum mente, ut Beneficium obtineat; multum expendit, ut se in Viri nobilis dono sustentet; nullam mercedem petit; atque adeo eo est animo, ut nil mercedis, quamvis sibi offeratur, accipiat, ne forte id obtinendi Beneficii consilio, quod suscepit, officiat.

Hi duo homines re quidem ipsa non colloquantur, atque ita nullum explicitum pactum inveniunt; sed eorum interna dispositiones mutuo innescunt, aguntque ambo ita animo comparati, quod maxime sufficit ad pactum saltem implicitum constitutum, concludendumque, Ecclesiasticum hunc, dum ita Beneficium obtinuit, reals simoniae crimine se obstringisse, & Ecclesiae penas subivisse, a quibus debet se liberandum curare, & ad Superiorem Ecclesiasticum confugere, ut Beneficium novum obtineat.

Decisum in Sorbona die 21. Martii an. 1698. G. Fromageau.

C A S U S X V I I I.

Simonia in annuo redditu Beneficii resignati semel reservato.

Resignari non potest Beneficium ea conditione, ut Resignans non ante certum tempus ejus possessionem inerat, quo Resignans redditus sibi possit.

Q U A E S I T U M.

Titius Beneficii resignationem offert Mavio, ea conditione, ut ille non nisi octavo aut nono post mense ejus possessionem suscipiat, quia ipse annuum adhuc redditum percipere vult. Quaeritur, an Mavio Beneficium cum ea conditione acceptare possit?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, non licere Mavio Beneficium, de quo agitur, in circumstantiis propositis acceptare.

I. In hoc negotio existeret Simonia, quoniam Mavio cum pacto unius anni redditum Titio tribuendi Beneficium hoc acceptaret; quod nihil aliud esset quam spiritualis rei loco temporalem praebere. Praeterea quodvis pactum in re Beneficaria vitium est cap. Pactiones de pacto & cap. Super eo, de transact.

II. Statim ac Titius resignatione Beneficium dimittit, ordo postulat, & summi Pontificis ea mens est, ut Resignatarius ejus possessionem inire possit, cum Provisionem suam obtinuerit, atque ita quidem necesse est, ut abusus non pauci praeventiant. Porro Titius huic Ecclesiae ordini & Superioris intentioni obstitit, ac proinde peccat ac si Mavio assensum praebet, & ipse pariter peccat. Ex quo fit, ut Mavio conditionibus sibi propositis Beneficium acceptare omnino non debeat.

Decisum in Sorbona hac die 23. Octobris ann. 1683. G. Fromageau. Th. Duricauz.

C A S U S X I X.

Simonia in Abbacia ad Patrem Abbatis per locationem translata.

- 1. Abbas circa simoniam Abbacia sua redditus Patri locare non potuit, si usque in suis propositis suis, ut pater inde lucrum perciperet. 2. Sic Abbas parvis preventuum Beneficii, in parvis aut alterius consanguinei favorem, donationem edere nequit, vel inde, quod vixerit, pensionem, statueret. Super hoc articulo Ecclesiae regula. 3. Si Pater locationem solvere nolit, reverentia quidem gratia filium eam abrogare non debet, eandem tamen non debet renovare.

Q U A E S I T U M.

Vir gradu praestans operam contulit, ut filio, cui Petro nomen, 33. annos nato Abbatiam obtineret. Eam patri Petrus locavit ad annos sex, idque grati animi causa, ut nempe Pater ex Abbacia lucrum perciperet. Dicitur in Locatione Pater his conditionibus, quibus id vult fuisse, sublocare posse, ea lege, ut onera solvat, cum Ramulo filium sustenteret, & ad ejus subsistentiam libras sexcentas quotannis eidem daturus, & denique libras mille septingentas pro alimentis quae hactenus ei suppeditavit, sibi retenturus.

Itaque quaeritur, I. an Petrus in hanc Locationem consentire potuerit?

II. An grati animi causa possit, quoad vixerit, ex Abbacia sua preventibus patri, vel alii consanguineo donationem aut pensionem statueret.

III. An Petrus possit eam locationem abrogandam curare, salva, quam patri debet, reverentia?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, quoad quaestionem primam, tamen Petrus Abbatiam suam patri locare possit, eo tamen animo, eoque pacto, quo dictum est, id facere non potuisse.

I. In Locatione stipulari non licuit, sibi patrem libras mille septingentas ex Abbacia fructibus retenturam, ut quae filio suo praestitit, alimenta compenset; teneatur pater filium alere, nec potest ab ipso nutritionis, antequam Beneficia obtineret, eidem suppeditatae solationem exigere. ER enim hac indirecta in Patris bonam donatione Ecclesiasticae boni, cujus pro arbitratu impendendi jus penes Abbatem non est, ut infra ostenditur. Caetera porro Locationis conditiones ea sunt, ut pater magis quam filius Abbatiae Titularis esse videatur; subestque maxima timendi causa, ut pater locationis sexennio vel nihil omnino, vel quam minime possit, onera solvat, ne redditum universum sibi ipsi ut proprium retineat, ne Abbaciae praedia, si propriis conjuncta sint, usurpet, ne ex eo Beneficio, quam maximum poterit, lucrum exprimat, atque ita Abbacia gravissimum detrimentum importet, quia filius amittit eum eo pro damni reparatione iudicio contendere.

II. Locationi cum Patre inita Petrus grati animi argumentum praetexit, ut nempe ille ejus Abbatiae redditus ex parte frueretur, quam sibi ipsi comparare studisset. Quod Abbas facere omnino non potuit, si ea Patris intentio fuit, ut ex collata opera id emolumentum perciperet; adeoque si Abbas eam intentionem, antequam Abbatiam obtineret, cognovit, ac ratam habuit, Pater & filius ob pactum saltem tacitum, quod in ejusmodi negotio interluit, simoniae crimine se obstringerunt; Canonice enim pactiones hactenus in re Beneficaria prohibentur, de pacto; ac proinde ambo subiere penas in Extravaganti Pauli II. Cum detestabile de sim. contra Simoniacos, & Beneficium temporalis utilitatis animo conquirentes inflatas: Statuunt praeterea, quod universi & singuli, qui